I.

T.

AZ.
ELEM
2.

Digitized by Google

CONC NAZ
PROV. DIOC.
162
D
40.
BIB. NAZ. NAPOLI

BIBL. NAZ.
VITT. EMANUELE III
162
D
40
NAPOLI

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

SYNODVS

DIOECESANA THEATINA


AB ILLVSTRISS. AC REVERENDISS. D.

D. NICOLAO RADVLOVICO

ARCHIEPISCOPO

ET COMITE THEATINO

Celebrata Anno Domini MDCLXI.





ROMÆ, Typis Francisci Moneræ. MDCLXIV.

Superiorum permissu.

Digitized by Google

Imprimatur, si videbitur Reuerendiss. Patri Magistro Sac. Pal. Apost.

O. Archiep. Patracen. Vicesg.

Imprimatur.

Fr. Hyacinthus Libellus Sac. Pal. Apost. Promag.

Digitized by Google

INDEX TITVLORVM.



Edit-

In

In nomine ſanctæ, & indiuiduæ Trinitatis, Patris, & Filij, & Spiritus ſancti. Amen.

NOS NICOLAVS RADVLOVICVS Dei, & Apoſtolicæ Sedis gratia Archiepiſcopus Theatinus, infraſcriptas Conſtitutiones, & Decreta in pręſenti hac noſtra prima Diœceſana Synodo ſtatuimus, & promulgamus.

TITVLVS I.

De Profeſsione Fidei.

1  VONIAM fundamentum aliud præter id, quod poſitum eſt, nemo poteſt ponere, antequàm Synodi huius operi manum admoueremus par erat, vt antiquorum Conciliorum veſtigijs inhærentes, Profeſſionem Fidei quamfidiſſima veritatum Catholicarum cuſtos Nobis Romana tradidit Eccleſia, omnes vna voce, ac mente prærecitaremus. Prærecitata Fidei Profeſſio hæc eſt.

S. Paulus ep. 1. ad Corin. c. 3. Vide ibid. SS. Anſ. & Greg. lib. 7. ep. 4.

Ego N. firma fide credo, & profiteor omnia, & ſingula,

 gula,

gula, quæ continentur in Symbolo Fidei, quo Sancta Romana Ecclesia vtitur videlicet.

Credo in vnum Deum, Patrem Omnipotentem, Factorem Cæli, & Terræ, visibilium omnium, & inuisibilium, & in vnum Dominum Iesum Christum Filium Dei Vnigenitum, & ex Patre natum ante omnia sæcula Deum de Deo, lumen de lumine, Deum verum de Deo vero genitum, non factum consubstãtialem Patri, per quem omnia facta sunt, qui propter nos homines, & propter nostram salutem descendit de cælis, & incarnatus est de Spiritu sancto, ex Maria Virgine, & homo factus est. Crucifixus etiam pro nobis sub Pontio Pilato passus, & sepultus est, & resurrexit tertia die secundum scripturas, & ascendit in Cælum, sedet ad dexteram Patris, & iterum venturus est cum gloria iudicare viuos, & mortuos, cuius Regni non erit finis, & in Spiritum sanctum Dominum, & viuificantem, qui ex Patre, Filioq. procedit, qui cum Patre, & Filio simul adoratur, & conglorificatur, qui locutus est per Prophetas, & vnam sanctam Catholicam, & Apostolicam Ecclesiam. Confiteor vnum baptisma in remissionem peccatorum, & expecto resurrectionem mortuorum, & vitam venturi sæculi. Amen. Apostolicas, & Ecclesiasticas traditiones, reliquasque eiusdem Ecclesiæ obseruationes, & Constitutiones firmissimè admitto, & amplector. Item sacram Scripturam iuxta eum sensum, quem tenuit, & tenet Sancta Mater Ecclesia, cuius est iudicare de vero sensu, & interpretatione sacrarum Scriptura-

pturarum admitto; nec eam vnquam, nisi iuxta vnanimem consensum Patrum accipiam, & interpretabor. Profiteor quoque septem esse verè, & propriè Sacramenta nouæ legis à Iesu Christo Domino nostro instituta, atque ad salutem humani generis, licèt non omnia singulis necessaria, scilicet. Baptismum, Confirmationem, Eucharistiam, Pœnitentiam, extremam Vnctionem, Ordinem, & Matrimonium, illaq. gratiam conferre, & ex his Baptismum, Confirmationem, & Ordinem sine sacrilegio reiterari non posse; Receptos quoque, & approbatos Ecclesiæ Catholicæ ritus in supradictorum omnium Sacramentorum solemni administratione recipio, & admitto, omnia, & singula, quæ de peccato originali, & de Iustificatione in Sacrosancta Tridentina Synodo definita, & declarata fuerunt, amplector, & recipio. Profiteor pariter in Missa offerri Deo verum proprium, & propitiatorium Sacrificium pro viuis, & defunctis, atque in Sanctissimo Eucharistiæ Sacramento esse verè, realiter, & substantialiter corpus, & sanguinem, vnà cum anima, & Diuinitate Domini nostri Iesu Christi, fieriq. conuersionem totius substantiæ panis, in corpus, & totius substantiæ vini, in sanguinem; quam conuersionem Catholica Ecclesia Transubstantiationem appellat: Fateor etiam sub altera tantum specie totum, atque integrum Christum, verumq. Sacramentum sumi: Constanter teneo Purgatorium esse, animasq. ibi detentas fidelium suffragijs iuuari, similiter, & Sanctos vnà cum Christo regnantes venerandos, atque

inuocandos esse, eosq. orationes Deo pro nobis offerre, atque eorum reliquias esse venerandas: firmissimè assero imagines Christi, ac Deiparæ semper Virginis, necnon aliorum Sanctorum habendas, & retinendas esse, atque eis debitum honorem, ac venerationem impertiendam, indulgentiarum etiam potestatem à Christo in Ecclesia relictam fuisse, illarumque vsum Christiano Populo maximè salutarem esse, affirmo Sanctam Catholicam, & Apostolicam Romanam Ecclesiam omnium Ecclesiarum matrem, & magistram agnosco, Romanoque Pontifici Beati Petri Apostolorum Principis Successori, ac Iesu Christi Vicario veram obedientiam spondeo, ac iuro: cætera item omnia à sacris Canonibus, & œcumenicis Concilijs, ac præcipuè à Sacrosancta Tridentina Synodo tradita, definita, & declarata indubitanter recipio, atque profiteor, simulque contraria omnia, atque hæreses quascumque ab Ecclesia damnatas, & reiectas, & anathematizatas, ego pariter damno reijcio, & anathematizo: Hanc veram Catholicam fidem, extra quam nemo saluus esse potest, quam in præsenti sponte profiteor, & veraciter teneo, eandem integram, & inuiolatam, vsque ad extremum vitæ spiritum constantissimè (Deo adiuuante) retinere, & confiteri, atque à meis subditis, vel illis, quorum cura ad me in munere meo spectabit teneri, doceri, & prædicari quantũ in me erit, curaturũ. Ego idẽ N. spõdeo, voueo, ac iuro: Sic me Deus adiuuet, & hæc sancta Dei Euangelia.

2 Professionem hanc Fidei non solum promoti

ad

ad beneficia Parochialia Canonicatus, & Dignitates iuxta Sacrosanctj Concilij Tridentini decretum à Sede Apostolica specialiter approbatum, sed etiam ludimagistri, siue laici, siue Clerici, Medici quoque Chirurgi, Bibliopolæ, & Typographi, Concionatores saltem semel emittēt, alioquin pœnas ab eodem Concilio, & Pio IV. statutas, nostroq. arbitrio infligendas sustinebunt.

Trid.sess.24 c.12. Pius IV. Cōstit. quæ incipit. In Sacrosf. & in alia, quæ incipit. Iniunctū nobis.

3 Omnes item, qui siue in Ciuitate, siue in nostra Diœcesi, quæcumque beneficia obtinentes huic Synodo non interfuerunt, in prima Synodo Diœcesana eandem Fidei professionem emittent.

Trid.sess.25 cap.2.

4 Hortamur omnes, quibus animarum cura incumbit, vt in prima casuum conscientiæ Congregatione, quam habebunt quotannis mense Martio post consuetas preces, eiusdem professionis formulam sibi relegi faciant ab aliquo ex Clericis siue in minoribus, siue in maioribus ordinibus constituto, si adsit, sin minus à Parocho vltimo loco promoto habituri in hac re, quos imitentur, Metropolitanæ huius Ecclesię Canonicos, quibus (nobis procurantibus) die S. Iustini Patroni eadem iuramenti formula præponetur auscultanda.


5 Denique præstitum semel iuramentum, siue voce, siue animo omnes priuatè repetant, saltem in die anniuersario, quo illud emiserunt; Hoc enim, veluti stimulo incitati super spiritualis Domus fundamentum, non fœnum, & stipulam, sed pretiosos lapides, aurum, & argentum superædificabunt.

Apostol. ser. initio cit.

TI-

TITVLVS II.

De Doctrina Christiana:

1 
VRVM, & argentum, pretiosos lapides super spiritualis Domus fundamentum superędificabunt Parochi, si præcipua Doctrinæ Christianæ capita ad aliorum notitiam deducentes, eosdem in Domos spirituales, Deique ædificationem sensim component.

Trid.sess.14 cap.4.& 6. 2 Quare Doctrinæ Christianæ rudimenta singulis Dominicis diebus faciliori, qua poterunt, methodo explicent sub pœna vnius aurei per Vicarios foraneos omninò exigenda, si per vnam vicem, sub pœna verò suspensionis à diuinis, ipso facto incurrenda, si per tres dies Dominicos continuos, legitimo impedimento cessante, ab hoc munere deficient.

3 Et quia quamplurimi ætate prouecti præcipua Fidei mysteria ignorant, ijdem Parochi inter Missarũ solemnia, Apostolici symboli expositionem diebus festis per partes tradant, & cum Dominicæ orationis, vel Decalogi explicatione coniungant.

4 Insuper quò Fidei mysteria, quorumcumque animis altiùs infigantur, in fine suarum concionum vulgari idiomate, atque alta voce recitent, si per tempus licet, eandem orationem Dominicam, Salutatio-

nem

nem Angelicam, atque Apostolicum Symbolum.

5 Indulgentias Christianæ Doctrinæ Sodalitati à Romanis Pontificibus per summam liberalitatem cõcessas, atque à nobis post huius Synodi editionem in compendium redactas, statutis temporibus, vt ibidem præcipitur, promulgent.

6 Tempore verò Paschalis Communionis Symbolum Apostolicum, Orationem Dominicam, Salutationemque Angelicam nescientes, ab illa penitùs excludant, idque notent in libro status animarum, quem quotannis ad Nos per Vicarios foraneos post Pascha Resurrectionis transmittere debent.

6 Neque his contenti, Concionatores tempore Quadragesimæ, vt de Fidei explicitæ necessitate saltem, quoad præcipua quædam Nostræ Religionis capita, frequenter ad Populum verba faciant, admoneāt, illud in primis tam per Concionatores, quàm per se ipsos eundem Populum docentes ignauorum hominū verba illa (se non teneri ad aliquem articulum Fidei expressè credendum, sed sibi sufficere, quod credant omne illud, quod credit Sacta Mater Ecclesia) iamdudum per Ecclesiam damnata fuisse: Negotium enim salutis non promouent, sed impediunt, vnde vnusquisque saltem ad explicitam de Trinitatis, atque Incarnationis mysterijs Fidem, & quò maiori intellectus capacitate viget, eò maiorem sibi dogmatum scientiam comparare tenetur.

Directorium Inquisitorum p. 2. q. 10. S. Tho. in 3. distinct. 25. art. questiūc. 3. & 2. art. 5. & 7. & 8. & q. 14. art. 11. [illegible])

7 Laudabile etiam erit penès se habere notam eorum puerorum, qui Doctrinæ Christianæ addiscendæ

dæ per ætatem in sua Parochia habiles sunt, quam postea nobis in Visitatione ostendent, eosq. qui huic salutari exercitio bis, aut ter non intererint, acriter reprehendant, atque ad parentes deferant; quod si hos etiam suorum filiorum salutem negligentes cognouerint, à licentia laborandi diebus festis, licèt aliam ob causam licitè esset concedēda, penitùs excludāt, & in oppidis, vbi pia loca, siue frumenti distributione, siue aliarum rerum solent pauperum inopiam subleuare, authoritate nostra Officialibus eorum locorum præcipiant in scriptis, ne huiusmodi homines tam suę, quàm filiorum salutis hostes ad prædictarum eleemosynarum participationem admittant, aliàs de proprio tenebuntur.

8 Curent etiam sacrarum imaginum, atque huiusmodi donis puerorum animos ad Christianæ Fidei rudimenta discenda allicere, quod vt faciliùs possint adimplere, harum rerum emptioni non solùm pœnas ob Festorum inobseruantiam exactas applicent, sed Collectas etiam in id instituant; Hortentur præterea locorum Barones, ac Magistratus, vt non tam pueris, quàm Christianæ Religioni in pueris periclitanti, opem aliquo modo ferant.

Exactas ob Festorum inobseruantiam pœnas, siue eleemosynas, & sumptus pro huiusmodi donis factos, certo describant libro, cuius exemplum in annali visitatione Vicarijs foraneis tradent, Nobis in Congregatione consignandum.

9 Quod si aliqui propriæ salutis immemores in

ijsdem

ijſdem ignorantiæ tenebris permanſerint, tempore noſtræ Viſitationis, vel miſſionum, eorum nomina ad Nos, vel ad Miſſionarios deferant, vt admoneri poſſint vel per Nos, vel per noſtros Coadiutores de ſummo animæ periculo, in quo verſantur,& de Chriſtianæ Fidei myſterijs ſufficienter inſtrui.

10 Vtantur denique Doctrina Chriſtiana Cardilis Bellarmini, vel Patris Ledeſmæ alterutram ſub pœna vnius aurei, omnes penes ſe habeant, in viſitatione Nobis inter cæteros libros oſtendendam.

TITVLVS III.

De Prædicatione Verbi Dei.

1 VM nemo inuitus ad virtutem, in qua Nobis omnis futurę felicitatis ſpes repoſita eſt, perduci poſſit, eas præcipuè artes Sacerdos tanquam huius felicitatis miniſter in pretio habere debet, quæ ſuauitate quadam virtutem in populorum animos ſolent inducere, inter quas cum verbi Dei Prædicatio principem locum teneat, vt noſtra Diœceſis virtutum floribus ſemper vernet,

S. Chryſ. dial. 1. de Sac.& Gregor.Naz. orat.ad Patrem ſuum.

2 Mandamus ſub pœnis à Trident. Concil. præſcriptis omnibus, qui in noſtra Diœceſi Parochiales Eccleſias obtinent, etiamſi à noſtra Iuriſdictione quauis ratione exemptos ſe eſſe prætenderent: vt per ſe, vel per alios à Nobis, vel à noſtro Vicario Generali ap-

Trid. ſeſſ.c. 2.& ſeſſ.24. c.4. de Reform.

B proban.

probandos, quoties ipsi legitimè fuerint impediti; diebus saltem Dominicis, vel festis solemnibus plebes sibi commissas pro sua, & earum capacitate pascant, salutaribus verbis docendo, & quæ scire omnibus necessarium est ad salutem, & annunciando vitia, quæ eos vitare, & virtutes, quas sectari oporteat, vt pœnam æternam euadere, & cælestem gloriam consequi valeant. Parocho verò concionem habenti omnes locum dent siue sæculares, siue Regulares.

3 Et ne tanti muneris excellentia deterriti id cū maximo animarum detrimento negligant adimplere; sciant verbum Dei Populo esse annunciandum non, in sublimiate sermonis, nec in persuasibilibus humanæ sapientiæ verbis, nè euacuetur crux Christi, sed cum omni verborum simplicitate, in ostentatione spiritus, & virtutis.

S. Paul. Ap. 1. ad Cor. c. 2. ead. ep. c. 1.

4 Caueant ne in dicendo verba, & sententias sacræ Scripturæ ad scurrilia, fabulosa, & vana conuertant, & torqueant, sed eam explicent iuxta sensum, quem tenet Sancta Mater Ecclesia, & Sanctorum Patrum interpretationes; quod si Parochi in hoc crimen, vel quilibet alius sæcularis, siue Regularis Sacerdos inciderint, vel reliquias à Nobis non recognitas colendas proposuerint, falsa miracula, aut noua à Sede Apostolica, vel à Nobis non approbata, vel certum Antichristi diem prædicauerint adesse, vel de venerabilibus hominibus à Romano Pontifice in Sanctorum, vel Beatorum numerum nondum relatis, tanquā de Sanctis, aut Beatis verba fecerint, vel denique errores,

Trid. sess. 4. de ed. et. & vsu sacrorum librorum.

Conc. Lat. sub Leon. X sess. 11.

Trid. sess. 25 de inuocat. & ven. sanctorum.

Lateran. loco cit. Trid. sess. cap. 2.

rores, & scandala in populum disseminauerint. Vicarius foraneus, siue senior Sacerdos Parochorum; Parochus verò siue Vicarius foraneus aliorum Concionatorum huiusmodi excessus nobis aperiant, grauiter puniendos.

5 Volumus, ac districtè præcipimus omnibus Concionatoribus tam sęcularibus, quàm Regularibus, vt tempore quadragesimæ de superstitionis vitio, atque censurarum grauitate duas ad populum conciones habeant, & ne ignorantiæ excusationem ostendant, in litteris patentibus, quibus ad prædicandi munus à Nobis erunt mittendi, per nostrum Cancellarium de hoc Decreto apertè admonebuntur.

6 Quod si vsque ad Dominicam Palmarum huic Decreto non paruerint, Parochi, seu Vicarij foranei hanc inobedientiam Nobis nulla interiecta mora denuncient, atque interim videant, ne per eos, ad quos spectat, consuetæ eleemosynæ illis consignentur.

7 In ijs verò locis, seu oppidis, quæ tempore quadragesimæ ob eleemosynarum tenuitatem proprio Concionatore carent, ne oues Christi esuriant, & paruuli petant panem, & non sit, qui frangat eis, Thren.4. Parochi saltem feria quarta, & sexta, atq. diebus Dominicis ad populum verba omninò faciant, aut San- Trid.sess. ctorum Homilias in nostrum idioma conuersas decla- 24.cap.4. ment, vel conciones probatis ab Auctoribus eodem idiomate conscriptas populo legant.

Et ne tantus labor in obscuro sit, vel cum maximo animarum detrimento negligatur; Volumus per eos-

dem Parochos siue sermonum, siue Homiliarum, quas ad populum, vel habuerunt, vel ex scripto legerunt argumenta in notulam redigi, quam postea in Visitatione post Pascha Vicarijs foraneis tradent Nobis consignandam.

8 Vellemus quidem, vt in omnibus nostræ Diœcesis oppidis verbum Dei tempore quadragesimæ à personis ad hoc specialiter deputatis annunciaretur, sed quia ob tenues eleemosynas id adhuc non potuimus obtinere; Mandamus omnibus Vicarijs foraneis, & Parochis, vt post mensem à promulgatione huius Synodi, consilium, siue in communi, siue separatim de hoc graui negotio ineant, videantque, vel ab Vniuersitatibus locorum, siue ab alijs, ad quos spectat, maiores constitui Concionatoribus, vel plurimarum Vniuersitatum eleemosynas in vnum conferri, quò idem Concionator in pluribus oppidis per varias quadragesimæ hebdomadas Verbum Domini possit disseminare; ijdem Vicarij foranei, & Parochi rei exitum, vt speramus felicem nobis referant apud Deum gloriam, apud Nos laudem habituri.

9 Ecclesias, in quibus conciones, vel ipsa feria quinta, & sexta maioris hebdomadæ nocturno tempore fient, supponemus interdicto. Conciõatores verò, quorum inobedientia per Parochos nobis significabitur à munere prædicandi in nostris Ecclesijs tam Ciuitatis, quàm Diœcesis in posterum excludentur.

10 Ecclesiastici verò cùm intersunt concioni superpelliceis induti separatim à laicis, fœminæ à viris, concio-

concioni intersint, vt in Domo Dei ordo inhabitet.

11 Cæterum omnes, qui iure præsentandi Concionatores ab immemorabili se gaudere prætendunt, admonemus, vt tempore ab alijs Synodis præfixo toto, scilicet Octobris mense huiusmodi iure vtantur, idoneas nobis personas præsentando, alias prouisio ad Nos deuoluetur.

TITVLVS IV.

De Sacramento Baptismi, & Confirmationis.



1 RÆCIPVAM prædicationis materiam esse Sacramenta, omnibus in aperto est; eorum namque vi intellecta, ad ipsa digne suscipienda vnusquisque se disponit, semet diiudicando, ne à Domino iudicetur: Inter [illegible] Sacramenta primum locũ obtinet Baptismus, cùm enim quod natum ex carne, caro sit, & quod ex spiritu, Spiritus, placuit omnium munerum largitori Deo, vt ad opera Spiritus peragenda, per Baptismi Sacramentum spiritualiter nascerentur. Apost. ep. 1. ad Corinth. c. 12. S. Ioan. c. 3

2 Hinc cum maximam, quæ in eo ministrando requiritur, diligentiam in Visitatione ab obstetricibus

bus omitti summo cum animi dolore cognouerimus; mandamus omnibus Parochis, ne mulieres ad obstetricum munus admittant, nisi præuio diligenti examine, in Ciuitate per nostrum Vicarium Generalem faciendo; In Diœcesi verò per Vicarios foraneos, qui illas, licèt approbatas non dimittent, nisi præstito prius per easdem iuramento de Sacramento piè, ac religiosè administrando, & recitato Apostolorum Symbolo, quibus peractis earum nomina ad nostram Cancellariam transmittant, certo describenda libro.

Cap. mulier de consec. distinct. 4. Florent. in Decreto vnionis. Cathechism. Rom. p. 2. c. 2. ad n. 34. & S. Th. p. 3. q. 67. art. 4.

3 Admoneant insuper easdem, vt abstineant à baptizando quoties nulla adsit necessitas, vel præsentibus viris, præsertim Ecclesiasticis, qui Baptismi formam calleant, alioquin graue crimen committent.

4 Baptizaturæ verò coram duobus testibus, si fieri potest; sin minus patre, vel matre baptizandi conferant Sacramentum, quo administrato statim Parochum adeant, eumque de modo, & forma, quo illud contulerunt, exactissimè ad singula interrogatæ ab eodem Parocho faciant certiorem, qui omnia diligenter inquirat, an vera sint, adeundo patrem, vel matrem baptizati, vel testes; idque notet in libro baptizatorum modo infrascripto. *Battezzato dalla N. Mammana in caso di necessità, in presenza delli N. N. quali furono da mè esaminati sopra la forma, e materia del Sacramento.*

Cap. de quib. de Baptismo.

5 Si verò dubium occurrerit, vtrum Baptismus alicui ritè collatus fuerit iuxta Alexandri Tertij Constitutionem baptizet his verbis. *Si baptizatus es, non*

te

te baptizo, sed si nondum baptizatus es, Ego te baptizo in nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti; Verùm Parochi (si per tempus licebit) nos semper consulant, exploratum enim Nobis est quosdam inani quadam dubij specie suadente denuo sub conditione Sacramentorum hoc administrasse, quem abusum, vtpotè tanti Sacramenti Dignitati iniurium omnino abolēdum mandamus sub pœnis in iure contentis contra rebaptizatos, ac rebaptizantes, exceptis expositis, quos denuo baptizari sub conditione permittimus; dummodo non satis constet illos fuisse baptizatos.

Can. qui his, & Can. eos, quos de Consecrat. dist. 4. & Can. cofirmandum cap. ex litterarum de Apost. l. p. c. de ne S. Baptisma iteretur s. Th[illegible] p. q. [illegible] s. C[illegible] aq. de [illegible]consecrat. dist. 4.

6 Ne huiusmodi discrimina animabus nostrę curæ commissis in posterum immineat Parochi, quoties audient mulierem aliquam pressuram pati propter fœtum iam iam in lucem edendum, Parochia ne discedant, seque in vicinia domus, quam mulier illa incolit, contineant, vt aduocati præstò sint, atque editum fœtum non obstetrices, sed ipsi sacri fontis vnda purificent.

7 Aduertant tamen, ne aliquem cuiuscumque gradus, ac dignitatis in cameris, seu priuatis oratorijs baptizēt extra Ecclesiam Nobis inconsultis, aut graui necessitate emergente; Qui secus fecerit, abstineat ab exercitio officij curæ per sex menses.

Clem. vn. Baptism.

8 Dum hoc Sacramentum administratur seruent Concilij Eliberitini Canonem nullatenus permittendo in vas proijci pecunias, seu alio modo tunc sibi tradi sub graui pœna nostro arbitrio reseruata, ne quod gratis acceperunt, pretio distrahere videantur, sed his

Can. 48. & refertur 1. q. 1. in cap. emendari placuit.

tantum

tantum contenti sint, quæ legitima, atque laudabilis Ecclesiæ consuetudo introduxit,

9 Huius Sacramenti vim, atque præstantiam quotannis, tam die Epiphaniæ, quàm publicationis edicti de Pueris eodem in lecto non retinendis (quod post huius Synodi promulgationem in lucem edendum curabimus) doceat populum inter Missarum solemnia.

Vtantur verò doctrina Cathechismi, quem inter cæteros libros Nobis in visitatione teneantur ostendere sub pœna vnius aurei.

Conc. Floren. in instruct. Armen.

10 Sacramentum Baptismi excipit Confirmatio; per illud sicut paruuli effecti nascimur Christiani, vt intremus in Regnum Cælorum, per hanc aucti in gratia, & roborati in fide occurrimus in virum perfectum, quo tanquam Christi milites vim Regno Cælorum inferre, atque violenti illud rapere valeamus.

11 Nesciunt tamen plerique hominum huius Sacramenti vim; vnde sine vlla animi præparatione ad ipsum, sicut ad cœremoniam quandam profanam confluunt, mandamus idcircò omnibus Parochis sub pœna Nobis arbitraria, vt quoties contigerit visitationem à Nobis indici, vel huius Sacramenti virtutem, atque institutionem populo explanent, & siue confessionis, siue contritionis saltem præmittendæ necessitatem ijs, qui ætate maturi ad illud accessuri sunt, præponant, doceantq. cognationem spiritualem tantum inter confirmantem, & confirmatum, & huius patrem, & matrem; item inter susceptorem, & susceptum, eiusq. patrem

Côcil. Colon. celebratū anno 1536. tit. de administr. sacrament. cap. 9. S. Thom. in 4. dist. 7. q. 7. Cap. sup. quit. cap. pictauium & cap. fin. 30. q. 1. c. 1. cap. super eo de cognat. spirit.

patrem & matrem ex hoc Sacramento contrahi omnes admoneant, qui orationem Dominicam, atq; Angelicam ſalutationem, vnà cum Symbolo Apoſtolorum ignorabunt ab huius ſacramenti ſuſceptione omninò reijciendos.

12 Eadem Dominica, ſiue altera die per eoſdem Parochos deputanda chryſmandos, eorumque commatres, ac compatres ad ſe vocent, atq; inter eos certum inſtituant ordinem ad nos accedendi, vt ſinè ſtrepitu vnus poſt alium, viri ſeparatim à mulieribus ea, quæ decet reuerentia, ad hoc Sacramentum accedant. Trid.ſeſſ.24. de Reform. cap.2. Pius V. in bull. quæ incipit Sanctiſſimus in Christo Pater.

13 Eoſdem inſuper admoneant, vt iuxtà morem ab antiquiſſimis vſq; temporibus non ſine myſterio ductum compater dextera manu Puerum in hoc Sacramento teneat; Adulti verò chrysmandi pes dexterum compatris pedem leuitèr calcet, omneſq; ſtantes vnus offerat confirmandum, alter ſuſcipiat ab Epiſcopo Sacramentum.

14 Doceant prætereà Populum genas non tantum ab Epiſcopo leuitèr percuti, ne ſuſceptum Sacramentum, quod animæ characterem imprimit, ideoq; reiterationem nõ admittit, nè Chryſmati memoria excidat, ſed præcipuè vt Chriſti militię adſcripti animus probetur, an pro nomine Ieſu contumelias, & iniurias æquo animo ferre paratus ſit. Concil.Flor. loco ſup.cit.

15 Perquirant Parochi, ſiue per Domos eundo, ſiue alio modo tam nomina eorum, qui hoc ſuſcepturi ſunt Sacramẽtum, ac Parentum, quam compatrum, & commatrum, & in quadam deſcribant ſchedula, quam

confirmandis postea tradent, clerico ab ijsdem ad hoc munus destinato, dum Sacramentum administratur consignandam, vt eadem nomina in librum chrysmatorum possint transcribere, Excommunicatos, Interdictos, grauioribus criminibus diffamatos, cæterosq; qui iuxta Sacrorum Canonum præsertim Côcil. Trident. decreta, Pontificale Romanum, ac postremę Synodi Constitutionem reijciendi sunt, semper excludant.

16 Prçfatus verò Clericus, & ij, qui in sacris constituti chrysmatorum frontes soluere, atq; abstergere debent, antequàm in Ecclesiam hoc sacramentum administraturi descendamus à Parocho eligantur.



TI-

TITVLVS V.

De Augustissimo Euchari-stiæ Sacramento.



BAPTISMO natis, & confirmatione roboratis, Augustissimum Eucharistiæ Sacramentũ, hoc est cibus grandium, nobis offertur sumendus, vt in eius fortitudine ambulemus vsq; ad montem Dei Oreb. Vt ea, qua decet reuerentia, animiq; metu, ac tremore, ad tantum Sacramentum vnusquisq; accedat, atq; adeò à Communionibus Generalibus, omnis tumultus, atq; vltrò se se ingerentium strepitus, quos non tam audiuimus, quàm cum scandalo vidimus, auertantur, Parochi subiectos sibi Populos sæpè doceant commune quidem esse huic Sacramento cum cæteris symbolum esse rei sacræ, & inuisibilis gratiæ formam visibilem, sed illud in eo excellens, ac singulare reperiri, quod fontem, & auctorem gratiæ Iesum Christum verè realitèr, ac substantialitèr contineat; quare Saluator noster discessurus ex hoc mundo ad Patrem, quò vehementius huius mysterij commendaret altitudinem, & fidelium cordibus, & memoriæ arctius infigeret, vltimum instituit, in quo

S. Augustin. lib. 7. confes. c. 10. 3. Reg. c. 19.

Cap. sacrific. de consecr. dist. 2.

Trid. sess. 13. c. 2. & 3. & Can. 1.

S. Aug. epist. 118. cap. 6.

quo diuini sui erga homines amoris diuitias velut effudit extendens super spes nostras dona sua, immò (quod maximum est) suis donis nostra vota vincens.

2 Idem Parochi, antequam ad altare accedant Eucharistiam administraturi, viros, atq; mulieres separatim, siuè per se, siuè per alios ad hoc destinatos in classes ità distribuent, vt cuilibet facilis ad altare accessus, ab eoq; recessus pateat.

3 Præcipuam verò operam ponent in præparandis adolescentium animis ad hoc Sacramentum primò accedentium, vnde prima Dominica quadragesimæ intermissarum sollemnia præmoneant eos, qui decimũ ætatis annum expleuerint, vt certa die, ac hora in Ecclesiam, seu in alium decentem locum conueniant, vbi tam per se, quam per Concionatores varijs documentis de excellentia huius Sacramenti, de præparatione, de modo dignè, ac reuerentèr communicandi, & grates Deo agendi, illorum animos informabunt; & in primis illa Apostoli plena fortitudinis verba sæpè

Apost. ep. 1. ad Cor. c. 11. repetent: Qui manducat, & bibit indignè, iudicium sibi manducat, & bibit; non di iudicans corpus Domini; probet ergo se ipsum homo, & sic de pane illo edat, & de calice bibat.

Non tamen omnes per ætatem idoneos cęlesti pane

Cath. Rom. tit. de Sacr. Euchar. in Paschate reficient, sed tantum illos, in quibus vsus rationis, & deuotio erga tanti Sacramenti maiestatem satis comperta elucebit. Horum adolescentium, qui prima vice hoç Sacramentum susceperint, Catalogum in libro statu animarum seorsim, descriptum ad nos transmittent.

4 Edi-

4 Edictum de Paſchali Communione Dominicæ Palmarum inter miſſarum ſolemnia publicent, omneſq; præmoneant ex Eugenij 4. oraculo ab hac Dominica communionis Paſchalis præceptum incipere; vſq; ad Dominicam in albis incluſiuè.

Hoc Sacramentum legitimo impedimento ceſſante per ſe ipſos Paſchali tempore omnibus ſuis Parochianis adminiſtrent; retento vſu ſchedularum, quas in ſignum ſuſceptæ communicationis à ſingulis deinde repetent; diligenter proſpiciant, vt viris ſpectatæ fidei haſce ſchedulas tradant diſtribuendas; laico præponant clericum, inter laicos loci pij confratrem ſacco indutum ad hoc ſpecialitèr deputent, & ſi opus ſit, iuramento de illis fidelitèr diſtribuendis, omnes aſtringant.

5 Sub penis contrà non communicantes imponendis in ſua Parochia, & non alibi, nec etiam in noſtra Metropolitana Eccleſia (niſi feria quinta maioris hebdomadæ de manu noſtra) quilibet hoc Sacramentum ſuſcipiat. Abſentes verò à Parochia tempore Paſchalis Communionis, & deinde reuerſi, edictum de Paſchali Communione omninò obſeruent ſub pænis ibidem inflictis.

6 Meretrices, publicos peccatores, concubinarios, fæneratores, maleficos, ac blaſpemos alias monitos, viros cum vxoribus, & vxores cum viris cohabitare renuentes ſine iuſta, & legitima cauſa per nos approbanda ad hanc ſacram menſam, Parochi non admittant, ſed eorum nomina per Vicarios foraneos in viſi,

visitatione post Pascha nobis deferent, simulq; expli-
cabunt, an eandem ob causam elapso anno fuerint à communione reiecti, an sint nominatim excommunicati, ac denunciati, an in excommunicatione insordescant, an absoluti, & à quo, & qua ratione.

7 Quos Paschalis Communionis præcepto non obtemperasse notum erit tempore per nostrum edictũ iam statuto præmissis denunciationibus publicent excommunicatos, ipsorumq; nomina Vicarijs foraneis, per totam Regionem diffamando denuncient.

Concil. Later. sub Innoc. III Can. 20. & refertur in cap. statuimus de custod. Euch.

8 Iuxtà præcedentis Synodi Constitutionem, sex ad minimum particulæ reponantur in pixide, quæ per estatem semel in hebdomada, per hyemem bis saltem in mense, renouentur, ac sub fideli custodia adhibitis clauibus à Parochis conseruentur sub pęna suspensionis ab officio per sex menses, & alijs arbitrio nostro reseruatis.

9 Omnes presertim Magistratus, locorum Barones, & nobiles huius Ciuitatis viros enixè rogamus, & in Domino hortamur, vt hoc venerabile Sacramentũ ac Diuinæ misericordiæ miraculum, dum ad ægrotos defertur; frequentes associent, gratos, & memores testantes animos, erga communem Dominum, ac Redemptorem nostrum pro tam ineffabili, ac plane diuino beneficio; Quare Parochis districtè præcipimus, vt ad hæc externę deuotionis officia, suæ curę commissos tàm priuatis, quàm publicis exortationibus crebrò excitent.

Trid. sess. 13. cap.

10 Antequàm ad ęgrotos cęlesti hoc pane roboran-

randos accedant, campana seù alio signo Populum de Supremi Regis egressu admoneant; vtq; tantus hospes in infirmi domum debito excipiatur obsequio; curent cubiculum mundari, ibiq; mensam cum mappis cruce, ac duabus accensis candelis parari; Postquàm verò ad Ecclesiam reuersi fuerint præsentibus significare non omittant; Nos præter indulgentias à Romanis Pontificibus concessas, hoc Sacramentum deuotè comitantibus, quadraginta dierum indulgentiam pro qualibet vice impertiri. Rit. Rom. de Sac. Euch. & communic. infirm. Cap. sanè de celebrat. Miss.

11 Caueant, ne Sacramentum hoc ad ægrotantes deferant, qui morbi grauitate impediti id sumere non possunt, sed deuotionis causa optant deosculari, [illegible] non licet ex Pij V. decreto, & Sacræ Congregationis declaratione.

12 In festiuitate verò Corporis Sacratissimi Domini Nostri Iesu Christi, pro viribus studeant, vt præexcelsum, ac omni veneratione dignissimum Sacramentum, maiori qua fieri possit pompa, ac solemnitate per vias, ac loca publica circumferatur, omnia sint ad Maiestatem, ac modestiam composita, ideoq; inhonestæ picturæ in publicum nullò pacto exponantur, nec ludi, aut quod libet profani spectaculi genus exhibeatur; Ipsi verò Parochi, dum per vias incedunt cũ Sacramento populo non benedicant, alias à Nobis grauitèr punientur. Clement. vn. de relig. & ven. uerat. Sanctorum. Tridentin. vbi sup.

13 Pro maiori huius solemnitatis celebritate, per totam octauam missas, ac vesperas solemniori, quam in cæteris anni temporibus apparatu, recitent. Domini-

ca

ca ante hanc festiuitatem, indulgentias, quas Romani Pontifices ijs, qui per totam octauam diuinis intersunt officijs, inter missarum solemnia promulgent, vt in calce præsentis Synodi præscribitur.

14 Feria quinta maioris hebdomadæ Sacramentum ipso, ac decenti loco reponant, ac mulieribus denuncient à nobis sub pæna excommunicationis vetitum esse, ne cum viris in sepulcro commorentur, sub quocumque prætextu, siue aptandarum lampadum, siuè deuotionis.

15 Quoniam perniciosus in nostra Diæcesi inoleuit abusus, vt hostia à Sacerdote vix consumpta, & calice Christi sanguinem ad huc continente adstantes irreuerenter assurgant, sit Parochorum munus omnes admonere nō minus Dominum Nostrum Iesum Christum sub specie vini, quàm panis verè realitèr, ac substantialiter contineri, ideòq; eodem modo adorandum.

TI-

TITVLVS VI.

De Sacrificio Missæ.

1 SACRIFICII ratio ab Eucharistiæ Sacramento non seiungitur, si .n. illam, tanquam, inuisibilis gratiæ formam, visibilem spectes, Sacramentum est, si ad Deum vitæ, & mortis Dominum, cui offertur, referas, sacrificij prærogatiua refulget; in quo non carnes hircorum, aut taurorum, quorum sanguine impossibile est auferri peccata, immolantur, sed Dominus Noster Iesus Christus immaculatus Agnus, cuius sanguine redempta soluit vincula colli tui captiua filia Sion. De hac ergo præstantissima oblatione, quæ vtpotè omnium sacrificiorum naturæ, & legis consummatio varias sola explet differentias victimarum, pauca quædam pro ipsius dignitate statuimus.

Apostol. ad Hebræos c. 10. ca. semel immolatus. de consec. dist. 2.

Trid. sess. 22. cap. 1.

Leo Magnus serm. 7. de Pass. [illegible] 52.

2 In primis obsecramus omnes con Sacerdotes nostros per misericordiam Dei, vt ante hanc mundã, & verendam Immaculati Agni oblationem exhibeant sui corpora hostiam sanctam, hostiam Deo placentem, eidemq; sacrificium laudis, & vocis primitias offerant matutinum, & laudes posthabitis omnibus studiosè, ac deuotè recitando, ne animus huius sæculi negotijs præoccupatus, à tanti mysterij contemplatione, ac reuerentia auertatur.

Trident. sess. 13. cap 7. & sess. 22. c. 4. Apost. ep. ad Ro. cap. 12.

S. Ambros. in Psal. 118.

D 3 Man-

3 Mandamus, vt non solum in qualibet sacristia Sacræ Congregationis decreta de celebratione missarum habeantur exposita, sed etiam inuiolabilitèr obseruentur sub pœnis ibi contentis, & alijs nostro arbitrio infligẽdis. Relegant etiam Sacerdotes eiusdem Sacræ Congregationis declarationes super prædictis Decretis, ex quibus, vt nuper eadem declarauit Sanctiss. DD. N. PP. Alex. VII. approbante nulli sacerdoti licitum est ratione partis fructus, & valoris specialis nuncupatæ suscipere aliam eleemosynam præter illam, quã accepit ab eo, proquo missam celebrare tenetur.

Declaratio Sac. Cong. Concil. quæ incipit Cum auctoritas nõnulli.

4 Ijsdem Decretis inhærentes, in virtute sanctæ obedientiæ, & sub pœnis ibi contentis, & alijs nostro arbitrio reseruatis, prohibemus nè nostræ Ecclesiæ Metropolitanæ Capitulum, Confraternitatum, seu locorum piorum administratores, Ecclesiarum Rectores, & alij, ad quos spectat sine nostra, vel Vicarij nostri Generalis licentia gratis, & inscriptis concedenda perpetua onera missarum suscipiant.

5 Iuxtà præcedentis Synodi Constitutionem, quam hic confirmamus qualibet Ecclesia celebrandarum missarum oneribus pręgrauata duos habeat libros, in quorum altero clarè, ac distinctè omnes missarum obligationes describantur, expressis titulis singulorum onerum, verbi gratia, ex fundatione, vel ex legato benefactoris N.N. In altero verò adnotẽtur missæ, quę singulis diebus celebrantur per ipsummet Sacerdotem, qui in ea Ecclesia aliquo obligationis onere sacrum peregerit, apposito die, mense, & causa, ob quam celebrauit.

6 Om-

6 Omnium onerum Tabella in qualibet Sacristia sit exposita, cuius exemplum initio cuiuslibet anni in nostra Cancellaria reponatur, & præterea mãdamus, vt in Ciuitate Metropolitanæ Ecclesiæ Sacrista prædictũ librum persolutorum onerum, qui quot annis nouus conficiendus est, quolibet mense, vel irrequisitus offerat, & Vicarij foranei in visitatione suarum regionum, quam singulis annis de more peragere tenentur, eorundem onerum apochas Parochorum manũ subscriptas, & fide roboratas recolligant, nobis in Cõgregatione exhibendas. Qui huic nostro mandato non paruerint, pænam trium aureorum persoluent.

7 Confirmamus insuper pænam suspensionis ipso facto incurrendæ nobis reseruatæ contra Sacerdotem, qui in præfato libro sacra ab ipso non peracta describere fraudulentè præsumpserit. Quomodo autem non celebratarum missarum oneribus satisfaciendum sit in postrema Synodo satis cautum est. Quare innouamus pœnas, quas seuerè exigi curabimus, ab eadem Synodo inflictas contrà Sacerdotes, ea non adimplentes, Sacristas, Ecclesiarumq; Rectores, ac Capituli Procuratorem, qui demandata sibi munera fidelitèr, & tempestiuè non explebunt.

8 Nullus Sacerdos diebus festis ante Parochialẽ missam in Ecclesijs Confratrum absq; Parochi licentia, aut eo celebrante intrà Parochiæ fines sacris operetur, vt Populus verbum Domini per os proprij Pastoris annunciandum, matrimoniorũ, festorumq; denũciationes, ac alia nostro iussu promulganda possit audire;

Cap. 2. de Parochijs. Cõc. Agath. c. 21. & 63. Trid. sess. 22 in dec. de obser. & vitãd. in celebrat. Missæ.

Digitized by Google

dire; Quare eundem Populum admonemus, vt frequentèr ad suas Parochias, saltem diebus Dominicis, & maioribus festis accedat.

9 Quoniam non sine graui animi nostri molestia in personali visitatione comperimus quamplures Sacerdotes sacras missæ cæremonias, & orationes submissa voce, ac memoritèr recitandas, aut prorsus ignorare, aut non integras proferre, vel earum sensum non intelligere, omnibus Sacerdotibus, etiam Parochis præcipimus, vt in qualibet Casuum Conscientiæ Congregatione huiusmodi ritus, ac orationes pluries repetendo, & vernacula lingua explanando, vel si opus fuerit, missam, vt dici solet, siccam recitando, mutuā sibi opem pro viribus præstent; qui ab hoc exercitio defecerint, pænam quinque carolenorum pro qualibet vice sustinebunt.

Infra tit. 18. de Parochis pag. 93.

10 Qui verò in proxima visitatione, quam post promulgationem præsentis Synodi, eo nos confortante, in quo omnia possumus, peragere decreuimus, prædictos ritus, & orationes non didicerit, suspendetur ab officio, neq; sacrum celebrandi facultatem obtinebit, nisi nouo examini denuò subiectus Nobis, vel Vicario nostro Generali suum profectum in illis addiscendis, & explanandis probauerit, qui verò eosdem errores, in quos in anteacta visitatione prolapsus est, denuò committet, grauius punietur. Quamobrem omnibus exploratum, compertumq; esse volumus Nos vniuscuiusq; siue in sacris, siue in minoribus constituti, vel prima tonsura initati, mores, famam, vitam, æta-

Digitized by Google

ætatem, doctrinam, & inſcitiam peculiari cuidam libello, quem in perſonali viſitatione confecimus, conſignaſſe.

11 Vt irreuerentia, quę ab impietate vix ſeiuncta eſſe poteſt, à dignitate tanti ſacrificij arceatur; Sacriſtæ, Eccleſiarumque Rectores ſub pœna decem aureorum; & alijs noſtro arbitrio imponendis, ignotos Sacerdotes ad ſacrum celebrandum non admittant; niſi commendatitias litteras ſui ordinarij à Nobis; vel à noſtro Vicario Generali approbatas prius exhibuerint; quod in Regularium Eccleſijs omninò obſeruari volumus. Qui verò in Eccleſijs Monialium abſq; noſtra, ſeù Vicarij noſtri Generalis licentia celebrare auſus fuerit, ſuſpenſionis pœnam nobis reſeruatæ ipſofacto incurret.

Trid. loc. cit. & ſeſſ. 23. capit. 16. Cap. nõ oportet, diſt. 5. de Conſecrat.

Conc. Prou. ſecundũ Mediolan. ſub S. Car. celebratum tit. 2. quæ ad Miſſam diuina officia, Eccleſiæ cultum, & ad Eccleſiaſticos homines ſpectãt.

12 Non ſolum exteros, ſed etiam noſtrę Diæceſis Sacerdotes licet nullius ſe eſſe prætenderent, alibi quocumq; titulo ordinatos à miſſarum celebratione, & diſtributionibus in Eccleſijs receptiuis participandis, ijdem Sacriſtæ, Eccleſiarumq; Rectores penitus excludent, quouſq; per facultatem inſcriptis obtentam ad vtrumq; fuiſſe nobis approbatos non conſtiterit.

Trid. ſeſſ. 14. cap. 3. & ſeſſ. 23. cap. 8.

13 Hortamur Sacerdotes, qui ratione beneficij, legati, Cappellæ, ac Salarii tenentur celebrare, vt per ſe ipſos, & non per ſubſtitutos impoſito ſibi oneri ſatisfaciant. Quod ſi id adimplere non poſſunt, omninò obſeruent Decreta Sacræ Congregationis celebranti, vel integram eleemoſynam quamuis ſolito maiorem, ſi ab alio oblata fuerit, nulla ſibi parte retenta, vel ſi

Re-

Digitized by Google

Rectores Ecclesiarum sint, secundum morem Ciuitatis, ac nostræ Diæcesis tribuendo, nisi alitèr in fundatione beneficij cautum fuerit: singuli autem caroleni pro singulis missis sunt congrua eleemosina, & quindecim pro Anniuersarijs, vt ab Archiepiscopo Tolosa in Synodo statutum est.

Non intendimus tamen in hoc Decreto comprehendere noua, & perpetua missarum onera in posterum imponenda, in quibus ex Sacræ Congregationis Decreto, quæ temporis ratio, Ecclesiarum, ac Piorum locorum status nobis suggeret, maturè considerabimus.

14 Mandamus autem ijsdem Sacerdotibus, vt missas ex fundatione, vel promisione statutas, & peculiares statuto tempore, & in Templo, seù Altari designato celebrent, & si legitimas in contrarium causas habuerint, doctis, ac notæ conscientiæ viris deferant approbandas.

15 Ne piæ testantium voluntates pereant, & eorum conscientias, ad quos illas adimplere spectat, onerandi occasio detur; Parochi edictum de legatis pijs iussu nostro denuò impressum post finem huius Synodi quot annis prima Dominica mensis Iulij promulgent.

16 Missas Sanctissimi Rosarij Dominicanis, Sanctæ Mariæ de Carmelo, Carmelitis tantum concessas, aliasque pro certis Regularibus dumtaxat approbatas, nemo sæcularis Sacerdos etiam in illorum Ecclesijs peragat, & omnes à celebratione missarum quindecim

cim auxiliatorum, Sancti Gregorij pro viuis, & defunctis, & Deo Patre Aeterno abstineant.

17 Habeant Parochi penes se exemplum instructionis à Commissarijs Reuerendæ Fabricæ obseruandæ, quam in tempore consulent, vt Commissionis fines excedendi eis aditus intercludatur, quod si illos excesserint; nobis illicò referant.

18 Denique curent, post huius Synodi promulgationem Ecclesiæ Parochialis, atque aliarum, quæ eidem Parochiæ annexæ sunt, missarum onera, quæ fortè nequeunt adimpleri, per Epistolam nobis significare, vt re ad sacram Congregationem delata ipsorũ, aliorumque Sacerdotum conscientijs consulamus.

TITVLVS VII.

De Sacramento Pœnitentiæ, & Extremæ Vnctionis.

1 VIA peritus est noster medicus, omnes potest infirmitates sanare, quia misericors est Deus noster manum etiam admouet, vt sanet. Hác exosculemur in Sacramento Pœnitentiæ inuisibiliter sanantem languores nostros, ac de interitu vitam nostram redimentem, vt accepta semel in baptismo innocentia, deinde peccatis amissa, Psalm. 102.

tan-

tanquam Aquilæ iuuentus denuò in nobis renouetur; omnes ſingularis huius pharmaci virtute à peccati morte reuocati ad vitam animę ſanitate gauderet, niſi Confeſſariorum, aut pœnitentium culpa in eo ſiue adminiſtrando, ſiue ſuſcipiẽdo intercederet. Quare Sacerdotes antequam ad audiendas fidelium confeſsiones aſſumantur, ſuas vires attenta mente expendant, ne ſub magnitudine oneris ſuccumbant infirmi, & tanquam cæleſtis itineris cæci Duces, cum ijs, quorum moderantur conſcientias, in gehennæ præcipitia dilabantur.

2 Quoniam nobis maximè proſpiciendum eſt, quales viri ad tantum opus deſtinantur, reuocamus facultates, confeſsiones auſcultandi tam Regularibus, quàm ſæcularibus Sacerdotibus per minus temporum ſpatium, quàm ſex conceſſas, quas in poſterum hoc pacto non concedemus, niſi nouo ſe ſubiecerint examini, atque in eo ſuum in doctrina profectum oſtenderint.

Cap. qui vult de pœnit. diſtinct. 6.

3 Cancellarius poſtquam Confeſſarijs ſolitas litteras dederit noſtra, ſeu Vicarij noſtri Generalis manu ſubſcriptas certo notet in libro; illorum nomina, locum, vbi reſident, tempus, ad quod extenditur confeſſionis auſcultandæ facultas.

4 Quoniam verò non omnibus Confeſſarijs benè comperta eſt huius Sacramenti materia maximo cum animarum diſcrimine, præcipimus Vicarijs foraneis, vt poſt menſem à promulgatione huius Synodi omnibus ſuæ Regionis Parochis, atque Sacerdoti-

bus

Digitized by Google

bus conuocatis commun[illegible]onsilio scriptum de hac re confici curent vulgari tamen idiomate, confectumque ad Nos statim transmittant à nobis, vel à nostris examinatoribus examinandum.

5 Memores sint omnes Cõfessarij, tã sęculares, quã Regulares se nullo modo (excepto mortis articulo, in quo nulla est reseruatio) posse pœnitentes absoluere à casibus Romano Põtifici in Bulla Cęnę Domini reseruatis, ac prętęrea violationis immunitatis Ecclesiasticæ in terminis constitutionis Gregorij XIV. quæ incipit. Cum alias non nulli violationis clausuræ Monialium ad malum finem prouocantium, ac propugnantium in duello iuxta Decretum Concilij Trid. & Constitutionem Gregorij XIII. incipientem Ad tollendum inijcientium violentas manus in Clericos iuxta Canonem: si quis suadente Diabolo, ac iuris dispositionem simoniæ realis scienter contractæ, ac confidentiæ beneficialis, & deniq; ab omnibus casibus, quos in fine huius Synodi nobis reseruabimus; Qui contrarium tentare præsumpserint, pœnam amissionis officiorum dignitatis, beneficij, nec non excommunicationis, à qua nõ nisi à Romano Põtifice absolui p[redacted] forte aliqui prætextu priuilegiorum, [illegible] suo ordini, sed quod non raro [illegible] nostra Dięcesi accidisse constat, aliquibus Confraternitatibus, etiam si essent de Vrbe, concessorum, absoluerint à prædictis casibus, sciant omnes illa [illegible] esse reuocata, neque per confirmationes eorumdem priuilegiorum post Concilium obtentas reuixisse, vel a-

Sac. Cong. Episc. sub Clemente VIII. die 9. Mensis Ianuarij Anno 1601. & die 26. Nouemb. 1602.

Sac. Cong. sub Vrb. VIII die 17. Nou. 1628.

E uaris-

uarissimorum hominum [illegible] commenta, quò alienas pecunias non Deo, sed sibi acquirant: Vnde Parochi, vel alij Sacerdotes moneant hoc pacto absolutos de absolutionis inualiditate, atq; ad nouam peccatorum confessionem hortentur.

6 Casus reseruati in duplici differentia sunt, vel excommunicationem secum ferunt, vel non. Hos præsens Synodus ostendit: Illorum aliqui in hac etiam Synodo, sed quamplures in iure Canonico comprehenduntur, quemadmodum & casus Pontifici reseruati non omnes in Bulla Cenæ Domini. verum multi in Iure Canonico, certisq; Summorum Pontificum cõstitutionibus continentur. Curent igitur Parochi, cæteriq; Confessarij omnium reseruatorum casuum indicem ex probatis auctoribus excerptum penès se habere, ne cum animarum discrimine, eam, qua carent, iurisdictionem sibi vindicent.

Trid. 14. cap. 5. de pœnit. 7 Vt verò nulla pænitentis culpa in hoc Sacramento suscipiendo intercedat, quisq; antequam sua crimina ad Sacerdotes Dei Vicarios deferat remittenda, se diligentèr excutiat, ac conscientiæ suæ sinus, ac latebras exploret, vtq; criminum grauitatem facilius intelligat, Parochi [redacted] quot annis inter missarum solemnia Bullam in Cæna Domini, iuxta formam in fine huius Synodi positam, ac casus Nobis reseruatos promulgent.

8 Caueant omnes tam sæculares, quam Regulares Confessarij ab absolutione illorum pænitentium, quibus in exteriori foro reueládi obligatio esset prius impo-

imponenda sub quolibet prætextu præsertim opinionis illius, quam vti temerariam, ac scandalosam nuper reiecit SS. Dominus Noster Alexander VII. quare edictum de Sancta fide bis in anno, Dominica scilicet prima Quadragesimæ, atq; Aduentus à Parochis promulgandum, & Greg. XV. Bullam contra solicitantes in confessione præ oculis habeant. In Constitutione quæ incipit: Licet alias.

9 Et, ne à reuelandi officio ad nostræ Religionis defensam, in qua omnis homo miles est, aliorum minis, quis deterreatur, publicent etiam Parochi prima Dominica Quadragesimæ Bullam Pij V. quæ incipit: *Si de protegendis*; Compendium, quàm post præsentem Synodum imprimi curabimus. Tertullian.

10 Confessarios omnes, ac præsertim Parochos pro amore, quem Deo, ac proximo debent, enixè hortamur, vt omni studio, ac diligentia nostram Diœcesim à superstitionis vitio purgent, eamdemq; adhibeant diligentiam contra blasphemos, illud animaduertentes, quod, quicumq; per tres vices Deum Beatam Virginem, siue Sanctos hæreticaliter, blasphemãtes audierit, neq; Nobis reuelauerit, excommunicationis sententiam ipso facto incurret.

11 Ne Parochi, cæteriq; Confessarij in Iudicio ferendo de operibus superstitiosis fallantur, quoties preces certo numero, in quo spes non in Deo posita fuerit à pœnitẽtibus prolatas, vel interiecto crucis signo cum ignotis characteribus descriptas, & quod maximum superstitionis indicium est, à communi Ecclesiæ ritu abhorrere deprehenderint, eas pro su-

Digitized by Google

ſpectis habeant, ac reijciendas eſſe conſulant.

12 Cæterum, licet omnibus notum ſit non ſolum à crimine; ſed etiam à criminis ſuſpicione Chriſti miniſtrum, & diuinorum myſteriorum diſpenſatorem ab eſſe debere, hoc tamen legibus firmare cupientes; Præcipimus omnibus Confeſſarijs ſæcularibus ſub pęna ſuſpenſionis à diuinis; Regularibus autem à confeſſionibus audiendis, ne aliquid etiam ſub titulo eleemoſynæ, tam antè, quàm poſt confeſſionem in confeſſionario accipiant. Contra tranſgreſſores, qui à diuinis, aut ab adminiſtrando pęnitentiæ Sacramento non abſtinebunt; Vicarij foranei procedant etiam conficiendo proceſſus.

13 Extrà Sacramentum verò aliquid accipere licitum eſt, niſi eius intuitu accipiatur, vel detur: quare videant Confeſſarij, ne munera accipiendo, à diuitibus præcipuè, ſiue viris potentibus, quos fama eſt in peccato viuere, illorum communicent criminibus, ideoq; nec cum iiſdem ad prandium vocati cibum ſumant; immò quamuis non malè oleant, abſtinendum eſſet ab huiuſmodi muneribus, ſiue prandiis, quia, vt ait S. Hieronymus, facilè contemnitur Clericus, qui ſæpè vocatus ad prandium non recuſat.

Capit. Quicquid 1. quæſt. 1

Ep. 12. ad Nepot.

14 Hortatur eoſdem Confeſſarios, ne ægrotantium teſtamentis ſe ingerant, ſed ſolum animarum ſalutem ſibi curæ eſſe oſtendant. Tempore opportunò vocent Parochos, (ſi ipſi hoc munere non vtantur) ad cęterorum Sacramentorum adminiſtrationem.

15 Animarum curæ præpoſiti tempore Quadragesi-

gesimæ, cæteris Confessariis, præsertim Regularibus, publicos concubinarios, Clericorum percussores, nominatim excommunicatos, & promulgatos, ac alios à Sacramento pęnitentiæ repellendos denunciare non omittant.

16 Penitentibus Paschalis communionis præcepto adstrictis, siue periculosè decumbentibus Confessarii, tàm sęculares, quàm Regulares præbeant testimonium de audita confessione propria manu signatum, sigilloq; munitum Parocho consignandum, vt ab eo cætera Ecclesiæ Sacramenta possint administrari. Concil. Prou. quartum Mediol: sub S. Car. p. 2 tit. quæ pertinent ad Sacramentum pœnit.

17 Parochi ab infirmis vocati prę sto sint, & administrato Eucharistiæ Sacramento curent nequis ipsorum negligentia, aut culpa sine Sacramento Extremæ Vnctionis decedat, prouidentes præcipuè, vt hoc conferant, dum æger adhuc integris sensibus est, quibus si destituatur, non tamen ab eius administratione cessabunt, dummodo prudenter iudicare possint ęgrotum, si sensibus vigeret, petiturum. Cap. 5. Presbyter, & Cap. cognouimus de off. Archipresbiteri.

Vbi verò infirmum in extremis laborantem viderint, Nos adeant quacumque hora, siue noctis siuè diei, vt illi Pontificiam benedictionem, per quam omnium peccatorum remissio obtinetur delegata Nobis facultate Sanctissimi Domini Nostri Alexand. PP. VII. pietate, ac munificentia, vel per ipsos, si legitimè impediti fuerimus, vel per Nos impertire possimus.

18 Quoad sumptus funeralium omnes illa parte

ſint contenti, quam ipſis aſsignât laudabilis locorum conſuetndo, ſiue Noſtrorum Prædeceſsorum Conſtitutiones, præſertim Antonij Cardinalis Sanctacrucij, cuius Capitulum de ſepulturis in poſtrema Synodo editum ſpecialiter confirmamus: manſuetudine potius, quam litigio agant, eleemoſynæ meritum repræſentando, non vim, & imperium exerceant: Inter cætera pro huius modi eleemoſynis exigendis, cadauera ne ſinant inhumata, ne in mortuos inhumaniter deſęuire arguantur, aliàs à Nobis grauiter punientur.

S.Cong. in vna Caſſan. 5. Maij 1617.

19 Ægroti è viuis ſublati nomen Parochi notent in libro ſpeciali, & quot ei Sacramenta admiſtrauerint, an animam commendauerint, & quo die hæc ſingula fecerint.

20 Tandem mandamus, ne Pallium Archiepiſcopalis Dignitatis inſigne in ſacriſtia aſſeruetur; ſed cum defuncti Archiepiſcopi cadauere iuxta Romanum Cęremoniale ſepeliatur.



TI-

TITVLVS VIII.

De Sacramento Ordinis.



1 QVOD in electione Protomartyris Stephani in Diaconum factum esse scriptura testatur, id statis sacræ ordinationis teporibus obseruari optaremus, vt scilicet coram Nobis statuerentur viri pleni fide, ac Spiritu Sanctò, quibus omnium orationibus adiuti, manus imponeremus. Dominica ergo ante Generalem ordinationem, Parochi non solum ieiunium illud solemne quatuor temporum huius rei causa indictum fuisse in Ecclesia denunciabunt; Verùm etiam Ecclesiasticis viris congregatis litanias, supplicationesq; piè, ac religiosè recitabunt, vt Dominus, qui corda omnium nouit, Nobis ostendere dignetur, quos elegerit, atque electi vt pote à Populo segregati diuersam à Populo viuendi regulam teneant, & cæremonijs Diuinæ legis iugitèr excubantes insistant.

Act. Apostolicorum cap. 6.

act. 13.

S. Leo Magnus ep. 79. Dioscoro Alexandrino, & alibi.

Act. 2.

2 Insuper omnibus ordinandi[redacted] certas preces, atq; pietatis exercitia priuatim obeunda præscribent pro ijs diebus, qui inter sacram ordinationem, atq; edicti publicationem intercedent; Hortentur præterea eos, qui subdiaconatus ordines suscepturi sunt, vt omnia anteactæ vitæ crimina exacta conscientię discussione confiteantur. Ve-

Concil. medi. quart. Const. 6. p. 2. tit. quę pertinent ad Sacramentum ordinis.

Concil. Aquẽse cit. quæ ad Sacramentum ordinis ministrandum pertinent.

3 Verum quia edicta, quibus ordinatio indicitur, multoties propter nostræ Diæcesis amplitudinem omnibus non innotescunt; Vicarijs foraneis districtè præcipimus, vt statutis à Iure temporibus sedulò perquirant, an edicta promulgata sint, quod si iam promulgata audient, de eorum promulgatione omnes Parochos suæ Regionis per circulares litteras, certiores faciant.

4 Operæ pretium Nos facturos putauimus non solum generaliter confirmare, quæ in anteactis Synodis iuxta Sacrorum Canonum, & præsertim Concilij Tridentini dispositiones à Sacra Congregatione explicatas in ordinandis requiruntur; verum etiam, vt ea exequutioni possint exactius demandari in præsenti Synodo, vt pote omnium oculis subijcienda, vel repetere, vel in compendium redigere.

Cap. quando 24. dist. Cõc. Trid. sess. 23. c. 7. de Reformat.

5 Concilij Tridentini, & Sacræ Congregationis Decretis inhærentes mandamus, vt non solum nomina, & desiderium eorum, qui ad ordines sacros promoueri volunt; sed etiam illorum, qui prima Tonsura, vel minoribus ordinibus optant initiari publicè in Ecclesia proponantur, vt de eorum genere, ætate, moribus, vita, & fide dignis personis diligenter inquiratur; quod Parocho, aut alteri, si magis Nobis expedire videbitur; ex eiusdem Concilij præscripto committemus.

Trid. sess. cit. c. 5.

6 Prima Tonsura, vt Cathechismus Romanus docet ad ordines suscipiendos quædam præparatio est ijs, qui Dei ministerio dicandi sunt: propterea quinam

nam ad illam admittantur, à Nobis maturè prospiciendum est; quare qui prima Tonsura à Nobis optauerit initiari, ostendat primò se Baptismi, & confirmationis Sacramenta suscepisse. Secundo se ex legitimo matrimonio natum esse. Tertio expleuisse septennium. Quarto Nobis supplicationem porrexisse, & nostra, vel Vicarij nostri Generalis manu signatũ de denunciationibus faciendis, & informatione capienda emanasse rescriptum. Quinto Denunciationes inter missarum solemnia factas fuisse, & informationem captam. Sexto Se nobis subditum esse ratione originis, aut decennalis domicilij, vel ratione beneficij. Septimo Per Curiæ sæcularis authenticam fidem nullius delicti labe fuisse respersum. Octauo Ad Sacramenta frequenter accedere. Nono nostræ fidei rudimentis, ac litteris operam dare. Decimo Non sæcularis iudicij fraude hoc genus elegisse. Vndecimo spem præbere se in clericalis ordinis disciplina perseueraturum; Hæc duo vltimo loco enumerata capita ex Parochi, vel alterius spectatæ fidei testimonio, prout magis expedire videbitur, Nobis constabunt.

Trid. vbi supra cap. 1. de filijs Presbyterorum cap. fin. eod. tit. c. cum in cunctis de electione.

Cathechism. Rom sub tit. de Sacramento ordin. §. sequitur

Pius V. in Constitutione, quæ incipit quæ ordini, & Sixtus V. in Constit. contra male promotos incipiente Sanctũ, ac salutare.

Cap. 5. in singulis 77. dist.

7 Qui ad minores ordines promouendus erit primo docebit de quarto, & quinto, & nono capite ex prædictis. Secundo se prima Tonsura, vel ordine proximè suscepto insignitum. Tertio in habitu, & Tonsura incessisse. Quarto singulis saltem mensibus per confessionis Sacramentum animi sordes expiasse. Quinto Ecclesiæ, cui fuit adscriptus, inseruisse. Sexto Parocho Christianæ fidei rudimenta docenti auxilia-

Cap. de his 24 dist.

Cap. quãdo 24 dist.

Concil. Carthag. 3. c. 22. & 4.

tem operam requisitum præstitisse.

Cap. cum nullus de temporum ordinationibus lib. 6 l. 2. c. de incolis lib. 10.

8 Qui sacrum Subdiaconatus ordinem suscepturus erit docebit. 1. de Prima Tonsura, & quatuor minoribus ordinibus ab ipso iam susceptis. 2. de supplicatione, & denunciationibus vt supra. 3. de ætatis vigesimo [illegible] anno saltem incæpto. 4. De gestatione habitus, & Tonsuræ. 5. De minorum ordinum exercitio, seù de functionibus præstitis in Ecclesia. 6. Singulis saltem mensibus Confessionis, ac Eucharistiæ Sacramenta percepisse. 7. horarum Canonicarum non esse imperitum. 8. tali litterarum scientia esse præditum, vel saltem talis scientiæ acquirendæ spem præbere, vt superiores ordines non indignè suscepturus videatur. 9. se libera, ac pacifica possessione gaudere Ecclesiastici Beneficij, seù pensionis annuæ ducatorum saltem vigintiquinq; deductis omnibus oneribus, vel Patrimonij; quod eodem pacto eandem summam verè, & de facto reddat; idq; Nobis ex fide dignis testimonijs constare faciat, ac prædictum Patrimonium nullo ære alieno esse obstrictum, nulla hypotheca affectum, non in domo, quam ipse incolit, aut animalibus, seù bonis mobilibus, sed in stabilibus consistere, perpetuos tamen census non excludimus, præstita cautione, quod si redimentur, capitalis pecunia apud viros opibus, & probatæ vitæ, fama præstantes deponetur in bonorum stabilium, seù in nouos, ac perpetuos census cum eadem cautione applicanda. 10. exhibeat testimonium necessitatis, & vtilitatis Ecclesiæ, non solum in casu dispensationis

Trid. sess. cit. c. 12. & 13.

Concil. med. quintum part. 3. sub tit. quæ ad Sacramentū ordinis pertinent.

Trid. sess. 23. c. 2.

Trid. loco sup cit. c. 1. dist. 7.

c. tuis de præbēdis Sac. Cōg Episc. in vna Policastren. 12 Maij 1619.

tionis super interstitijs, sed etiam ordinationis ad titulum Patrimonij;

9. Qui ad Diaconatus ordinem promouendus erit, docebit de supplicatione, denunciationibus, de Tõsura, de habitu Clericali gestato, de Subdiaconatus exercitio, ac de seruitio præstito Ecclesiæ, de auxilio lato Parocho in tradenda Doctrina Christiana, quod in ea sit versatus, & litteris incumbat. 2. vigesimum tertium ætatis annum attigisse. 3. Subdiaconatus Ordinem suscepisse, & in eo ministrasse. 4. Confessionis, & Communionis Sacramenta bis saltem in singulis mensibus frequentasse. 5. Si dispensationem super interstitijs petierit, docere tenebitur de necessitate, & vtilitate Ecclesiæ.

10. Qui denique ad Sacerdotium erit assumendus communia proximis ordinibus docebit. 2. se annum vigesimum quintum attigisse. 3. in Diaconatu ministrasse. Cancellarius hæc omnia ad ipsum delata Nostro Vicario Generali exhibebit discutienda excepta fide seruitij in diuinis, quam Nobis semper ostendet cum authentica fide Curiæ Sæcularis, [redacted] forte aliquo delicto Clericus [redacted] notatus

11. Habeat vnusquisq; Parochus librum, in quo distinctè notet seruitium in diuinis à Clericis præstitum, diem, quo præstitum fuit, Sacramenta ab ijsdẽ suscepta, ac ministerium in nostræ fidei rudimentis Populo tradendis exhibitum, quo [redacted] ordinationis tempore; hæc omnia per fidem ex hoc libro extractam ab eodem Parocho alias non admittendam, eiusdemq;

manu ſubſcriptam conſtare poſſint. In noſtra verò Cathedrali Eccleſia; hoc adimplebit Sacriſta. Quod ſi Parochi, aut Sacriſtæ culpa, ſiue in præfatum librum, ſiue in fidem aliquid falſi irrepſerit, tam Parochus, quàm Sacriſta ſuſpenſionis pœnam ipſo facto incurret.

Cap. neminem & c. Sanctorū. 70. diſt.

12 Iuxta antiquorum Canonum ſtatuta decernimus, vt abſq; titulo facta ordinatio irrita habeatur: quare qui varijs artibus, ac fallacijs confingens ſe Eccleſiaſticum Beneficium, vel idoneas facultates obtinere omnem noſtram, vel Vicarij Generalis diligentiam deludet, & ſub hoc ementito titulo Sacrum Subdiaconatus ordinem ſuſcipiet, ſuſpenſionis pœnam ab ordine ſic ſuſcepto ipſofacto incurret; quod ſi deindè ab hac ſuſpenſione abſolutus, ad Diaconatus ordinem, ſine nouo titulo aſcendere auſus fuerit, nouam ſuſpenſionis pœnam denuò ſubibit.

Concil. Trid. ſeſſ. 21. c. 2.

13 Concilij Trid. Decreto inhærentes, omninò prohibemus, ne Beneficium, Patrimonium, vel penſionem, ad cuius titulum quis ad Sacros Ordines fuit promotus (quantumuis haberet aliundè, vnde viuere poſſet) reſignet, aut alienet, vel extinguat, abſque noſtra licentia, alioquin reſignationem, alienationem, ac extinctionem irritam, & inualidam declaramus.

14 Ad donationis titulum rarò à Nobis quis ad Sacros Ordines promouebitur, niſi magna Eccleſiæ neceſſitas id poſtulauerit; In qualibet verò donatione, præter conſuetas cautiones etiam apponatur Clauſula, quam anteacta Synodus ſapienter preſcripſit.

Omnes

Digitized by Google

15 Omnes, qui Sacros Ordines suscepturi erunt, in Nostram Metropolim feria tertia, vel quarta ante Sabbatū Ordinationis, se se conferant, ut postquā fuerint in examine approbati spectatæ probitatis religiosos, qui non tantum eorum, qui ad Sacrum Subdiaconatus ordinem petierint promoueri, mentes cautè, prudenterq; introspicient an, vt Deo fidelem cultum præstent, liberiusq, inseruiant, vel potius, vt propriæ vtilitati, aut ambitioni, vel Parentum voluntati obsequantur, noua onera non detrectent; sed præcipuè omnium animos ad hoc Sacramentum ritè suscipiendum sacris documentis, & spiritualibus exercitationibus præparabunt: Vtq; tam Sacri Ordinis assumptio maioris sit sponsio deuotionis, dicturi primam missam huiusmodi exercitia pietatis vsq; ad feriam tertiam alterius hebdomadæ protrahent; fidemq; de hac re insertam precibus, quas pro prima missa celebranda Nobis offerent, exhibebunt.

16 Mandamus omnibus ordinandis, vt feria sexta ante Sabbatum Generalis ordinationis in aulam nostri Palatij, siue in Ecclesiæ Nostræ Metropolitanæ Sacristiam conueniant, vbi per Nos, vel per alium à Nobis deputandum, quanta sit huius Sacramenti Maiestas, quàm graue ipsius honoris pondus, ac periculum sacra concione explicabitur, vt ordinum cādidati intelligant tanto se humiliores, atque ad seruiendum Deo promptiores esse debere ex munere, quanto se obligatiores esse conspicient in reddenda ratione. S.Greg.hom.9 in Euang.

Eo-

17 Eodem die per Cancellarium, vel Substitutum ordinandis ex Pontificali Romano vulgari tamen idiomate promulgabitur admonitio, quæ sequenti die ab Archidiacono ijsdem haberi consueuit, ne quis alicuius criminis, & defectus sibi conscius ad tantum Sacramentum audeat accedere.

18 Ad summum Presbyteratus ordinem euecti primam missam ne celebrent, nisi huius sacrificij ritus, ac orationes memoriter recitandas didicerint, & celebrandi facultatem à Nobis obtinuerint; Quamobrem cæremoniarum Magistri, vel alterius Sacerdotis, cui munus hoc specialitèr iniungemus, conscientiam oneramus, ne prædictarum rerum ignaros approbent: ijdem Sacerdotes primæ missæ occasione abstineant à choreis ducendis sub pœna suspensionis per sex menses, siue spectandis sub penis nostro arbitrio imponendis. Conuiuia ne celebrent, nisi frugalia, & quorum condimentum modestia sit.

Concil. Med. 1 sub S. Car. p. 1. sub tit. quæ pertinent ad celebrationem missę.

Et Med. 3. p. 1. sub tit. de his, quæ pertinent ad Missæ Sacrificium.

19 Omnes nostræ Diæcesis Clericos in Domino admonemus præsertim illos, qui falsæ libertatis, quæ vera seruitus est, appetẽtes, se nullius esse pretenderẽt, ordines non nisi à Nobis, vel cũ Nostris litteris Dimissorijs posse suscipere ex apertissimo Concilij Tridentini Decreto, & varijs Sacræ Congregationis declarationibus: si secus fecerint suspensionem primũ, deindè, si in eo ordine ministrauerint, irregularitatem incurrere. Si qui in huiusmodi pœnas fortè inciderunt, per Viscera D. N. Iesu Christi redeant ad cor, & Ecclesię huic Theatinę debitum pręstent obsequium.

Trid. sess. 23. c. 10.

TI-

TITVLVS IX.

De Sacramento Matrimonij.

1 ATRIMONIVM castitatem inter, atq; luxuriam antiquissimum ab Orbe condito confinium, & tempore accepto, & in die Salutis à Christo Iesu Sanctificatum, ità hominum malitia subuersum est, vt amoto veluti termino penè omnia luxuria longè, lateq; peruaserit, conuerso scilicet in incitamentum concupiscentiæ motu, quem Deus in remedium libidinis matrimonio adiunxerat: malum illud, quod induxerat necessitas, humana voluntas spontè corrupta fecit voluntarium, & quod cœni ad instar æterni Solis lumen in se admittere, eoq; herbam virentem, hoc est bonorum operum fructum, poterat germinare, in naturam transijt tenebrarum, quæ omne penitus à se lumen excludunt.

2 Hinc post aditum cælestium gratiarum lumini præclusum Domorum Orbitates ortæ sunt, discordiæ inter virum, & vxorem, filiorum inobedientia ergà Parentes, summa Paupertas, neq; per summum familię dedecus expulsa, ad has calamitates euitandas Parochi

chi Populum sæpè admoneant de huius Sacramenti Dignitate, de Sacrilegio, quod suscipientes id in lethali crimine admittunt, ac de modo, quo ad vxorem accedendum est, non animo fornicario, sed eo, quo Christus dilexit Ecclesiam, & tradidit se metipsum pro ea iuxta Apostoli præceptum: hortetur denique coniuges, vt suorum peccatorum Sacramentali Confessione prius expiati, & Angelorum pane refecti hoc Sacramentum suscipiant.

Ad Ephes. c. 5.

Concil. Trid. sess. 24. de Reformat. matrimonij c. 1.

3 Parochi sponsos, quos experimento cognouerint orationem Dominicam, Salutationem Angelicã, Apostolorum Symbolum, ac decem Decalogi, & Ecclesiæ præcepta ignorare, à matrimonij celebratione repellant, quousq; eos, aut sufficienter instruxerint, aut Nos consuluerint, quid agendum erit, si præ ingenij pinguedine, aut ætate incapaces sint.

[illegible] Concil. Prou. Mediol. [illegible] Car. p. 1. sub tit quæ ad matrimonium pertinent.

4 Vt Matrimonij libertati consulamus, Parochi virorum voluntatem de denunciationibus faciendis vbicumq; mulierum verò coram Parentibus, ac propinquis seorsim tamen explorabunt. Si vir sub prætextu, quod mulierem desponsatam deflorauerit, in Magistratus sæcularis carceribus fortè detinebitur, exactiores adhibebunt diligentias ne (quod non rarò euenit) falso accusatus eam subire pœnam cogatur, quam alij per summum nefas meruere.

Concil. Prou. med. 5. tit. quæ pertinent ad matrimonium.

5 Decet, vt Matrimonium à Christo Iesu ad Sacramenti Dignitatem euectum in domo Dei, profanis ritibus exclusis celebretur: quare Parochi neminem coniungant extra Ecclesiam, absque nostra licentia in scriptis

Con Prou. Colonien. 2. p. c. 33.
Con. Prouin. 2. Mediol. tit. 1. decr. 18.

ſcriptis, à qua tamen petenda pro viribus curent ſpõ-
ſos auertere, cum vt plurimum inani, quodam ſuper-
ſtitioſarum artium, atque vt vulgo dicitur ligaturarũ
metu percuſſi illic trepident timore, vbi non eſt ti- S.Ioan.c. 12. S.Paul ep.ad
mor, ac ſi domin[illegible], Crucis potentia huius Phil.c.2. Pſal.77.
mundi Principem foras non eiecerit, ac in nomine Ie-
ſu omne genu non flectatur, cœleſtium, terreſtrium,
& infernorum, aut deniq; Dei templum veluti vni-
cornium ſanctificatum antiqui ſerpentis venenum re-
cundere non poſsit.

6 Iuxta Concilij Trid. Decretum denunciatio-
ões in tribus diebus continuis [illegible]iuis de præcepto an- Conc. Trid. vbi ſup.
te matrimonij celebrationem [illegible] Parochis fiant, qui
quoties propria auctoritate illas omittere auſi fuerint,
ſuſpendẽtur ab officio per triennium, ſi quæ verò im-
pedimenta opponentur, Nobis, vel Vicario Noſtro Cap. Inhibit. de clandeſtina
Generali inconſultis ad vlteriores denunciationes (ſi deſponſat.
quam fecerint) & ad matrimonii celebrationem nul- Concil. Prou. 3. Med. tit. de
latenus procedant. his, quæ ad matrimonij Sacramentum pertinent.

7 Die, quo nuptiar[illegible] ſolemnitates ab Eccleſia
prohiberi, vel Epiphaniæ, qua edictum de Sponſis
denunciabunt gradus conſanguinitatis, affinitatis, ſi-
ue naturalis, ſiue ſpiritualis, qui matrimonium im-
pediunt contrahendum, & dirimunt contractum, pœ-
nas contra ſcientèr intrà hos gradus contrahentes à
Sacris Canonibus, præſertim Concilio Tridentino in-
flictas, ac criminis grauitatem clarè, atq; diſtinctè Po-
pulo expl[illegible]ſub pœna vnius aurei pro qualibet vice. Trid. ſeſſ. c. ea. c 5.

8 Verum quia quamplures à concupiſcentia at-

G tracti,

Digitized by Google

tracti, & illecti excommunicationis sententiam à Nobis in præfato edicto de sponsis, & aliàs à Nostris Prędecessoribus impositam contra carnalitèr se cognoscentes ante matrimonij celebrationem non reformidarunt; Quicumque in posterum tanto se fœdauerit crimine, absolutionis beneficium ab hac excommuni-
Concil. Prou. Med. 2. p. 1. decr. 27. catione per Nos ipsos, nunquam verò, aut rarò per delegatos Sacerdotes (graui semper iniuncta pœnitentia) obtinebunt.

9 Admoneant Parochi, quos in gradu prohibito
Trid. loc. cit. contraxisse deprehenderint, vt se illicò separent, nisi bona fide contraxerint, nullaque spes probabilis emendationis effulgeat: Semper autem rem totam Nobis, vel Generali Vicario Nostro significent, quo con-
Clement. eos qui consang. & affinit. tumaces, & mala fide vinculo matrimonij copulatos in censuras incidisse declaremus, proque impetrando Apostolicæ dispensationis beneficio, vbi opus fuerit omnes precibus etiam nostris adiuuemus. Caueant tamen Parochi ne imprudenter euulgent Confessionis arcanum, ea occasione, ne coniugibus grauissimo damno sint, aut scandalo proximis.

Conc. Prou. Med. sup. cit. 10 Diebus, quibus denunciationes fiunt, matrimonium contrahi omninò prohibemus; idem seruari mandamus quoties super vna, vel super duabus denunciationibus iustis de causis erit à Nobis dispésandum.

11 Denunciationes prædictæ nullo modo fiant in Parochia tantum, vbi matrimonium contracturi per breue temporis spatium habitarunt, sed etiam in illa, vbi sedem permanentem habuerunt.

Paro-

12 Parochi non solum iuxtà Concilij Trid. præceptum vagorum, seù exterorum matrimonijs non assistant; verum etiam à publicationibus faciendis omninò abstineant, nisi de personarum qualitate, moribus, ætate, ac patria diligentia prius facta inquisitione, & re ad Nos delata à Nobis, vel Vicario Nostro Generali denunciationes faciendi, ac matrimonio assistendi licentiam obtinuerint. Quare fides de statu libero, quas exteri in nostra Diæcesi matrimonium contracturi exhibent, non admittant, sed graue hoc negocium in Nostro Tribunali reijciant discutiendū. Conc.Agath. c.25. Trid.sess.cit. c.8.

13 Cæterum quilibet Parochus habeat librum, in quo ex Concilij Trid. præscripto, & ritualis Romani norma nomina coniugum, & testium, & locum contracti matrimonij describat, ac penes se custodiat Nobis in visitatione ostendendum, cuius libri exemplum circa finem mensis Decembris ad Vicarium Nostrum Generalem transmittat in Cancellaria reponendum. Trid.sess.cit. c.1.



Digitized by Google

TITVLVS X.

De Obseruatione Festorum.

S. Greg. Nazianz. orat. ad Greg. Nyssenum.

1 ESTOS dies etiam Iudæus agitat, verùm secundum literam; Festos dies itidem Gentilis verum, vt dæmonibus placeat; at Nobis quemadmodum Spiritualia sunt omnia motus, voluntas, sermo incessus, deniq; & vestis, atq; adeo ipse oculorum nutus, diuino scilicet verbo ad omnia pertingente, ac diuinum hominem concinnante, sic & spiritualis est Festorum celebrandorum, animorumq; oblectandorum ratio.

Trid. sess. 25. in decr. de inuoc. Sanctorum.

2 Scilicet Festos dies non in commessationibus, neq; ebrietatibus, non in ludis, siue choreis agere debemus, sed in orationibus, Sacramentorum frequentatione, atq; Diuinorum officiorum auscultatione. Hanc igitur Doctrinam frequenter Parochi ad Populum opportunè, atq; importunè prædicent, non solum verbis, sed etiam exemplo, scientes si Festorum edicto ipsi tam per se, quàm per suos famulos, siue colonos non paruerint duplo pœnæ, qua cæteri afficientur, esse puniendos, siue à Nobis, siue à nostris Vicarijs foraneis.

Quan-

3 Quanta verò, & qualis contrà inobseruantes pœna imponatur edictum super hac rè à Nobis editum Parochos docebit, quod bis in anno die scilicet Circumcisionis Domini, & Natiuitatis Sancti Ioannis Baptistæ publicari per eosdem inter missarum solemnia mandamus.

Festa in Ciuitate, ac Nostra Theatina Diæcesi ex præcepto obseruanda sunt.

Vrb. VIII. in Constitutione quæ incipit vniuersa.

MENSE IANVARIO.

Festum Circumcisionis.
Epiphaniæ Domini.
S. Iustini Ciuitatis Theatinæ Episcopi, ac Patroni.

MENSE FEBRVARIO.

Purificationis B. Virginis semper Immaculatæ.
Vigilia.
S. Matthiæ Apostoli.

MENSE MARTIO.

S. Ioseph Confess. Spons. B. M. V.
Annunciationis B. M. V.

MENSE MAIO.

SS. Philippi, & Iacobi Apost.
Inuentio S. Crucis.

MENSE IVNIO.

Vigilia.
Natiuitatis S. Ioannis Baptistæ.

Vigi-

Vigilia.

SS. Petri, & Pauli Apost.

MENSE IVLIO.

Vigilia.

S. Iacobi Apostoli.

S. Annæ Matris B. M. V.

MENSE AVGVSTO.

Vigilia.

S. Laurentij Martyris.

Vigilia.

Assumptionis B. M. V.

Vigilia.

S. Bartholomæi Apost.

MENSE SEPTEMBRI.

Natiuitatis B. M. V.

S. Ianuarij totius Regni Patroni. Ex Decreto Greg. XIV.

Vigilia.

S. Matthæi Apostoli, & Euangelistæ.

Dedicationis S. Michaelis Archangeli.

MENSE OCTOBRI.

Vigilia.

SS. Simonis, & Iudæ Apostolorum.

Vigilia.

MENSE NOVEMBRI.

Omnium Sanctorum.

Vigilia.

S. Andreæ Apostoli.

MEN-

MENSE DECEMBRIS.

Vigiliæ.

S. Thomæ Apostoli.

Vigilia.

Natiuitatis Domini Nostri Iesu Christi.

S. Stephani Protomartyris.

S. Ioannis Apostoli, & Euang.

Sanctorum Innocentium.

S. Siluestri Papæ.

Festa Mobilia.

Resurrectio Domini cum duobus sequentibus.

Ascensio Domini.

Vigilia.

Dies Pentecostes. Cum duobus sequentibus.

Festum Corporis Christi.

Omnes dies Dominici.

4 Ex præcepto in hac Ciuitate, in Diæcesi verò deuotione 14. die Ianuarij festum S. Iustini* eius- n Ciuitatis Episcopi, ac Principalis Patroni obser- bitur.

5 Quoad festa, vel ex voto, vel ex deuotione in- pulos introducta, laudabiles locorum consuetudi- , quemadmodum Nos approbamus, ita Vicarij anei non exigendo pœnas, sed vnà cum Parochis hortationes adhibendo in suo sinant robore per- nere.

6 Licentias laborandi in die festo non nisi statu-

tis

*[illegible] a die [illegible] Ianuarij ad [illegible] 14 in Synodo [illegible] v. ed: 67[illegible] [illegible] in calce ed: 67[illegible] pro hac festivitate.

tis in edicto temporibus, vel vera necessitate, aut pietate impulsi ijdem Vicarij foranei, siue Parochi in scriptis, & adiecta conditione (dummodo auditio missæ non prætermittatur) concedant, alias graues nobis pœnas dabunt.

7 Parochi cum Sacrarum Scripturarum, tum SS. Patrum exemplis vtilitatem Ieiunij præsertim vltima Dominica ante Quadragesimam, dum edictum à Nobis editum publicabunt, ac tempore ipsius Quadragesimæ Populo commendent; ex illo enim cæteræ dimanant virtutes, sicut è crapula omnium vitiorum genera; Vnde non sine mysterio diuinarum legum tabulas, in quibus omnium virtutum semina continebantur Ieiunium per Moysis manus meruit, vt acciperet, intemperantia, atq; ebrietas, vt perderet.

S. Basil. hom. 1 de Ieiun.

8 Ieiunia ex præcepto seruanda sunt in Quadragesima, in vigilijs supra enumeratis; ac in quatuor anni temporibus, scilicet hyeme post festum S. Luciæ, vere post primam Dominicam Quadragesimæ, æstate post Dominicam Pentecostes, Autumno post festum Exaltationis S. Crucis.

9 Non solum media nocte ante diem Cinerum Campanæ signum dari mandamus, vt fideles de ingressu acceptabilis temporis præmoniti carnium esum vltra non protrahant, sed etiam pridie cuiuslibet diei, quo ex Ecclesiæ præcepto ieiunium seruandum erit, post elapsam primam noctis horam; Quare Parochi inter missarum solemnia Populum talis signi doceant significationem.

TI-

Digitized by Google

TITVLVS XI.

De Ecclesijs.

1 A est inter Ecclesias, atq; fidelium animas similitudo, atq; connexio, vt non solum Templi nomen sibi inuicem commodent, sed quod maius est, Ecclesiarum pulchritudo in animas; animarum verò pulchritudo in Ecclesias sese mirabiliter diffundat, nam sicut Templorum nitor Religionis sensum, & sanctitatem omnium, quotquot ea ingrediuntur, animis suauiter conciliare solet, ita & templa deuotarum mentium pietate in Dei cultum erecta animarum mundicies nitore, atq; pulchritudine plerumq; exornat; quare nè Ecclesiasticis viris immundas inesse animas ex horrido Templorum situ, ac squallore à laicis arguatur; Mandamus omnibus nostræ Diœcesis beneficiatis, vt Ecclesias, seù Cappellas, quibus ipsorum beneficia annexa sunt, ab immunditijs frequentèr curent mundari, pulchrè, decenterq; exornent edictum ab Eminentissimo Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinali Sanctacrucio promulgatum: & nostro iussu pòst hanc Synodum impressum exactè obseruantes.

2 Sub pœnis contentis in Bulla Pij V. profana colloquia, deambulationes, strepitus, risus, præser-

Constit. quæ incipit. Cum primum Trid. sess. 22. in decr. de obseru. & vitan. in sacrific. missæ. Concil. Tolet. 12. c. quisquis e. sicut antiquitus 17. q. 4.

tim cum fœminis, clamores, cæteraq; id genus ab Ecclesijs arceantur, vt domus Dei verè Domus orationis esse videatur, & dici possit.

3 Iudices sæculares præ oculis habeant Sacratissimos Canones de immunitate Ecclesiarum, ac præsertim Gregorij XIV. Constitutionem, quam pro Pastoralis nostri officij debito totis viribus custodiemus; quare Vicarij foranei, ijsq; absentibus, Parochi, quoties immunitas hæc indiscrimen adducta, aut penitus læsa fuerit, de tam execrabili, ac Diuinæ Iustitiæ fulmina prouocante delicto processum conficiant ad Nos statim transmittendum, vt eius violatores impios, & Christiano nomine indignos homines excommunicationis sententia, cuius absolutio Romano tantum Pontifici reseruata est, irretitos promulgemus.

Greg. XIV. constitut. quæ incipit cum alias nonnulli

Cap. decernimus 10. q. 1. cap. vn. 10. quæst. 3.

4 Ecclesias, seù Cappellas ruinam minitantes, ac necessarijs indigentes ornamentis Parochi per eandem Ecclesiarum, siue Cappellarum, quæ proprijs carent redditibus, beneficiatos, aut Patronos instaurari, ac necessaria suppellectili instrui præmissis monitionibus diligenter procurent; quod si monitiones frustra adhibitas fuisse cognouerint, rem ad Vicarios foraneos deferant; à quibus Nos certiores facti omnibus remedijs opportunis illos ad prædicta cogemus; si verò ad Oppidanos, siue Parochos, *qui tamen in nostra Diæcesi nimia egestate laborant*, Ecclesiarum, seù Cappellarum reparatio, aut instructio spectabit, collectæ, in id instituentur apud probatæ fidei virum, quo sum-

Trid. sess. 21. c. 7.

Cap. vlt. de his, quæ fiunt à maiori part. Capituli c. si monachos 18. q. 1. c. 1. & c. de his, de Ecclesijs ædificandis.

sumptus omnibus innotescant, deponendæ.

5 Ecclesiæ, siue Cappellæ vetustate collapsæ, à Nobis, vel nostris Prædecessoribus iustis de causis suspensæ intra trium mensium spatium à promulgatione huius Synodi reficiantur, vel necessaria suppellectili instruantur ab ijs, ad quos spectat; earum notam Vicarij foranei in visitatione post Pascha sequentis anni conficiant: in qua redditus, atq; onera fideliter describant, quo in Congregatione coram Nobis habenda de illis siue euertendis, siue alteri Ecclesiæ vniendis, vel nouo Patrono concedendis iuxtà Sacros Canones consilium possit iniri. Trid. sess. cit.

6 Ecclesias, seù Cappellas ex Sacrorum Canonũ sanctionibus nemini absque nostra licentia construere liceat, & nisi per Nos, vel per alium à Nobis specialiter deputandum, earum atrium prius designetur, ibique Crucis signum affigatur, ac primarius lapis ponatur. Cap. nemo, c. placuit de Cõsecr. dist. 1. c. ad hæc de religiosis domibus.

7 Facultas erigendi Cappellas rurales raro à Nobis concedetur, nisi re mature discussa, ac audito prius Parochi consilio, cum vt plurimum huiusmodi Cappellæ animalibus brutis peruię, ac vndiq; sordibus obsitæ non reuerentiã, sed horrorẽ ingredientium animis insinuent, vel hinc infrequentia in Ecclesijs Parochialibus maximo cum animarum detrimento oriatur. Cap. cum à priuilegijs § si quis autem in th de Eccl. ædificandis.

8 Cappellarum fundatores annuo saltem duodecim aureorum redditu, ac necessaria suppellectili eas instruere tenentur, de quibus per donationis instru- Cap. nemo, et c. 1. de censib.

 men-

mentum in nostra Curia exhibitum, ac bonorum inuentarium ante edocebunt, vt decretum de Cappellæ erectione à Nobis obtineant.

Cancellarius verò Cappellæ erectionem, redditus, ac sacram suppellectilem certo describat in libro, qui omnium beneficiorum in Ciuitate, ac Diæcesi existentium index vocetur, vbi illorum titulos redditus, onera breuiter adnotabit.

9 Vrbani VIII. constitutione sancitum est; ne quorumcumque hominum, sanctitatis, ac martyris fama quantacumque illa sit, defunctorum imagines, & quodcumque aliud veneratione, aut cultum præferens in Oratorijs, ac locis publicis, siue priuatis, vel Ecclesijs tam sæcularibus, quam regularibus apponantur antequam à Sede Apostolica in numerum Sanctorum, vel Beatorum referantur constitutio[illegible] hac, atq; Decretum de Beatorum Imaginibus, seu cultu Sacræ Congregationis rituum à SS. Domino Nostro PP. Alexandro VII. approbatum ea, qua par est reuerentia, & sub pœnis ibi contentis obseruetur.

In const. quæ incipit Sãctissimus.

Decr. S. Cõgr. Rituũ super cultu Beatis nõdum sancti. ficatis præstãdæ, c. incipit Ad aures. Sac. rit. Congr 28. Martij 1630.

10 Quacumque sanctitatis, ac miraculorum fama conspicui, sed nondum Sanctorum Cathalogo ascripti in locorum Patronos non eligantur, alias electionem irritam, & inualidam declaramus, & Ecclesias vbi quolibet quæsito colore viris neq; in Sanctorum, neque Beatorum, aut in Beatorum dumtaxat numerum relatis tanquam Ciuitatis, seu Oppidi Patronis cultus deferetur, supponemus interdicto.

11 Nomine cuiuscumque Ecclesiæ, seu Confra-

fraternitatis nemo audeat absque nostra licentia in scriptis eleemosynas petere, contrauenientes collectis, eleemosynis, quæ in pios vsus conuertentur priuabimus, & si opus fuerit, Ecclesiasticis censuris, alijsque nostro arbitrio pœnis compellemus. Cap. tuarum de priuileg. Clem. ab vij onib de pœnitentjs.

12 Vt celestes indulgentiarum thesauros non ad quęstum, sed ad pietatem exerceri omnes verè intelligerent; Sacrosancta Tridentina Synodus salubriter decreuit, ne eleemosynarum quæstores, siue collectores illas Populo publicarent; Vnde Pius V. omnes Indulgentias quæstuarias ab ipso, vel à Prædecessoribus concessas, ac in posterum concedendas quibuscumque personis, ac locis pro sua Pastorali solicitudine reuocauit; ideoque Vicarij foranei, ac Parochi, quorum mentibus Sanctissimi huius Pontificis decretum altè inhærebit, huiusmodi Indulgentiarum disseminatores, qui quæstum esse pietatem existimantes venalitios errores circumferunt, regiones, seù Parochias circumire, nullatenus sinant: quod si (quod Deus auertat) in nostram Diæcesim ad decipiendas mulierculatum, rudium animas fortè deuenerint, auctoritate nostra eos in carceres detrudant brachij sæcularis auxilium, si opus fuerit, inuocando, & Nos illico consulant. Sess. 21. c. 9. S. Paul. Ep. 1. ad Timot. c6.

13 Mulieres minores quadragintaquinque annis sub pœna interdicti ab ingressu Ecclesię per sex menses quæstuandi munus ne exerceant: quæ verò in hac Ciuitate, siue ad inimicitias componendas, siue ad eleemosynas pro oratione quadraginta hora-

rum tempore Quadragesimæ colligendas destinari solent; eligantur ab ijs, ad quos spectat notæ probitatis, ac modestiæ, & quæ vnà cum viris, siue propinquis pium hoc exerceant officium.

14 Sub eadem interdicti pœna laicis cuiuscumque dignitatis, ac præsertim fœminis districtè prohibemus, ne presbyterio, seù choro dum diuina celebrantur, intersint; Magistri cæremoniarum, vel Parochi conniuentes, aut à Cæremoniali Romano, & à Sacra Congregatione præscriptis ritibus; siue in danda pace, siue incenso, siue in præbendo Euangelium de Altari laicis deosculãdum, alijsq; id genus deuiantes pœnas nostro arbitrio reseruatas exoluent.

Concil. Tolet. 4. & Brach. 1. c. 31. Cęrem Rom. lib. 1. c. 13. Sac. rit. Cógr in vna Grau. die 29. Octob. 1609.

15 In Ecclesijs inferioribus Prælatis subiectis Abbates, Præpositi, & quocumque nomine vocentur, quibus Pontificaliter celebrare à Sede Apostolica concessum est, Decreta Sacræ Congregationis rituum circa vsum Pontificalium à Sanctissimo Domino Nostro PP. Alexand. VII. approbata, omninò obseruent,

In decr. 12 quod incipit Sacrorum rituum Congr.

Inobedientes Vicarij foranei ad Nos deferant, etiamsi nullius se esse prętenderent, quo iuxta Decreti formam eos per censuras coërceamus.

TI-

TITVLVS XII.

De Bonis Ecclesiasticis.

1 
IVBET initio huius capitis Magistratus omnes, ac nostræ Diœcesis Dominos temporales paterna charitate admonere, vt se Ecclesię filios opere probantes non solum eius Ministros, sed etiam bona ea, qua par est, reuerentia, ac studio tueantur, assiduaque meditatione animo reuoluant suo eos, qui res Ecclesiæ Sanctorum Domino sanctas, diuino tectas patrocinio: damnabili vsurpatione vendicarunt, & cum suis profanis bonis sacrilegè permiscere ausi sunt, opes non auxisse, sed minuisse Dominationem non firmasse, sed expugnasse; Arca enim Dei iuxta Dagon posita, quãuis victa, & eiecta videretur; collapso idolo, deformiterque confracto spolia impietatis victrix eripuit, illudque non vera virtute donauit, sed antiqua expoliauit; locum non sanctificauit, sed concussit; qui ergo Arcam Dei iuxta Dagon collocarunt, nec eam dimittunt, vt reuertatur in locum suum, hoc est, qui Ecclesiæ bona suis per summum nefas iunxere rebus; eidemque illa reddere negligunt; videant, ne à Magistratu, dominatione, secundoq. statu deiecti illas doloris, ac tristitiæ plenas voces frustra emissuri sint;

Cap. nulli 12. q. 2. Trid. sess. 21. cap. 2. de Reformat.

1. Reg. c. 5.

Ne

Ne maneat Arca Dei Israel apud nos, quoniam dura est manus eius super Nos; Vt ergo nostræ curæ commissi alienis eruditi malis hæc discrimina possint præcauere.

2 Omnes Parochi bis in anno die scilicet Sanctorum Petri, & Pauli, & feria quinta maioris hebdomadæ Trid. Conc. cap. 11. sess. 22. de reformatione, & parte Bullæ cœnæ contra bonorum Ecclesiasticorum vsurpatores populo in Ecclesijs promulgent. Hac occasione eumdem populum doceant eidem excommunicationis sententiæ subiacere temporales Dominos, qui suis subditis quomodolibet interdicunt, ne Clericorum frumentum molant, ne eorum, Ecclesiarumque agros colant, aliaque obsequia exhibeant.

Cap. eos, qui de Immunita. in 6.

3 Doceant etiam eamdem anathematis pœnam subire onera Clericorum Parentibus, vel propinquis eorum intuitu imponentes, & denuò doceant omnes qualibet dignitate præfulgentes, qui directè, vel indirectè Ecclesiasticam Immunitatem lædere præsumūt, in hanc pœnam, à qua nonnisi à Romano Pontifice possunt absolui, ipso facto incurrere.

4 Quoties de grauandis quomodolibet Ecclesiarum, Clericorum, Piorumque locorum bonis quolibet quæsito colore, siue gratitudinis, siue beneuolentiæ, siue Iustitiæ agatur; Parochis præcipimus sub pœna suspensionis ipso facto incurrenda, atque alijs nostro arbitrio imponendis, vt huiusmodi negotio authoritate nostra dirimentes totam facti seriem secretò Nobis aperiant. Clerici verò, qui siue

assen-

assentiente, siue dissentiente Parocho, super [redacted]
[redacted] colloquia instituent, atq; tractatus (non obtenta à Nobis prius licentiâ in scriptis, atque eadem in conuentu omnium Clericorum alta voce perlecta) grauem pœnam dabunt, quod si prædicta bona grauari permiserint iuxta Trident. eos excommunicatos, ac quibuscumque beneficijs, quæ Sess.21.c.9.
forte possiderent, exutos in præsens, & in posterum ad eadem obtinenda inhabiles declarabimus, ac ab ordinum exercitio ad nostrum beneplacitum suspendemus.

5 Ex Clementis V. Constitutione, quam omnibus notam esse volumus, tenentur Diœcesani sententias excommunicationis, vel interdicti à iure prolatas omninò publicare, si ipsis constet quempiam ab Ecclesijs, vel Ecclesiasticis Personis vectigalia suo, vel alieno nomine exigendo, vel extorquendo excommunicationi, vel interdicto subiacere. Cap. præsenti constitut. in Clem. de censib. & exactionib.

6 Ne quisquam in Patrimonio Christi custodiendo negligens sit, neue laici, siue Clerici vsurpationis crimen ignorantia possint obtegere; Mandamus sub graui pœna nostro arbitio reseruata omnibus curata, aut simplicia beneficia obtinentibus, Capitulis, Canonicis, ac Piorum locorum, seù Confraternitatum administratoribus, vt infra sex menses à promulgatione præsentis Synodi bonorum Ecclesiasticorum, quorum curam ipsis commissa est, conficiant Inuentarium, in quo annuos census, ac redditus, bona mobilia, credita, ac immobilia, locorum

Sixtus V. in Constitut. incipiente Prouida 1587. Declaratio Sac. Congreg. Conc. ad c. 11. sess. 22.

finibus appositis, ac cætera huiusmodi describent. Duo erunt exempla, quorum alterum publici Notarij auctoritate roboratum (si archiuium commune adhuc institutum non fuisset) penes se retinebunt, alterum vero in nostro reponendum Archiuio transmittent: Vicarij foranei in visitatione sequentis anni sedulò inquirant; an præsens Decretum executioni demandatum sit, negligentiumque nomina in libro visitationis scribant nobis in Congregatione exhibenda.

7 Parocho è viuis sublato, ac Ecclesiæ Parochialis cura œconomo commissa, Vicarius foraneus inuentarium, scripturas, aliaque iura ad Ecclesiam pertinentia à defuncti hæredibus vindicet; atque penès se diligenter asseruet, vsque ad nouam deputationem, Parocho nouitèr electo, ac in possessionem immisso consignanda; duabus habitis apochis de recepto, quarum vna apud ipsum remaneat, altera in nostram Cancellariam transmittatur; Quod si defunctus Parochus Vicarij foranei munus forte obibat, senior loci sacerdos, atque in huius defectu antiquior Parochorum illius Regionis hæc adimplebit.

8 Surripientes, aut surreptas detinentes scripturas ad Ecclesias, siue ad Nostram Mensam Archiepiscopalem pertinentes, vel impedientes Vicarios foraneos, siue alios, ad quos spectat, ne commisso ipsis munere in hac re fungantur, excommunicationis Nobis reseruatæ vinculo sint ipso facto innodati.

9 Ex Pauli II. aliorumque Pontificum Constitu-

tionibus

Digitized by Google

tionibus expressè vetitum est sub pœna excommunicationis, & nullitatis contractus, ne bona Ecclesiastica stabilia, vel mobilia pretiosa, in longum tempus locentur, in emphyteusim concedantur, hypothecentur, permutentur, & quomodolibet alienentur absque Sedis Apostolicæ assensu, vel Nostro in casibus à iure permissis; qui has constitutiones in posterum eo, quo decet obsequio erga Apostolicam Sedem non seruauerit, vltra pœnas à iure statutas, seuerè à Nobis mulctabitur, etiamsi tradita rei alienatæ possessione Sedis Apostolicæ, vel Nostrum consensum sibi certa clausula in instrumento apposita reseruauerit impetrandum; cum vt plurimum illum obtinendi cura à contrahentibus abijciatur.

Extrau. ambitiosæ de reb. Ecclesiæ non alienand.
Trid. sess. 25. de Reformat.
Paul. IV. in Bul. quæ incipit inIunctum Nobis.
Vrb. VIII in constitut. quæ incipit: humanę salutis.



TITVLVS XIII.

De Confraternitatibus, & Locis Pijs.

1 AXIMAM fidelium Congregationem Ecclesiam æternæ felicitatis gaudia primò respicere, deinde illa, quæ in huius felicitatis spe collocata sunt, nemo est, qui ignoret: hinc non immeritò spes appellatur gaudium ante gaudium, & ab Apostolo dictum est spe gaudentes. Quò voluptatem futuræ beatitudinis, vel inter huius sæculi calamitates liberiùs prælibaremus, in hac maxima Congregatione Ecclesia minores Congregationes sunt institutæ: Inter quas cum Societatum, seu confraternitatum frequens sit vsus maximæ curæ Nobis esse debet, ne humani generis hostis cælestis felicitatis germina in terris erumpentia superseminatis zizanijs suffocare moliatur; quare pro optimo Confraternitatum regimine hæc decreta statuimus.

Ep. ad Rom. c. 12.

2 Iuxta Tridentinæ Synodi sanctionem mandamus omnibus officialibus, seù Prioribus Hospitalium, Confraternitatum, Montium Pietatis, & quorumcumque Piorum locorum, vt singulis annis reddant ratio-

Conc. Trid. 22. c. 12. de Reform.

Digitized by Google

rationem administrationis in Ciuitate coram Nobis, vel Vicario Nostro Generali, seù alio à Nobis deputando; In Diæcesi verò coram Vicario foraneo, eoque absente coram Parocho loci; Quodsi elapso mense à fine cuiuslibet anni illam non reddiderint, vel intra mensem post redditas rationes quantum significatum fuerit ipsos debere, non soluerint, memores sint ex præcedentis Synodi constitutione, quam hic innouamus, excommunicationis vinculo illicò innodari. Vicarij foranei, seù Parochi redditarum rationum notulam in Nostro Archiuio reponendam quotannis transmittant.

3 Officiales ex Sac. Congregationis Decreto à Nostris Prædecessoribus promulgato eligantur annales per suffragia maioris partis, quæ ab vnoquoque per se ipsum, & non per substitutum ferantur. Elapso anno non confirmentur, nisi prius redditis rationibus de fideliter administrato officio, persoluto debito Confraternitati (si debitores fuerint declarati) & tandem petita, & obtenta à Nobis confirmandi facultate; aliàs electionem ex nunc infirmamus. Sac.Congr.Episc.die 18.Iulij 1591.

4 Omnibus Confratribus expresse præcipimus, vt, Officiali Confraternitatis procurante, quolibet die Dominico, & festis solemnioribus in destinatum orationi conueniant locum, ibique sacco induti officium Beatæ Virginis Mariæ, seù tertiam Sacratissimi Rosarij parte religiosè recitent; legatur deinde vnus saltè titulus Regulæ, seù Constitutionum, quibus ipsa regitur Confraternitas; Quod si per tres non interpolatas

latas vices omnes Confratres hæc adimplere omiserint; Vicarij foranei Diuini cultus iniuriam Nobis significent: Dei enim seruitio id exigente Confraternitatem supprimemus, aut mitiora remedia adhibebimus.

5 Si non omnes, sed aliqui tantum Confratres ad Deo preces fundendas statutis diebus vna conuenire neglexerint, Vicarij foranei, vel Parochi, quorum erit crebris exhortationibus sanctum hoc institutum promouere diligenter curent post mensem à promulgatione præsentis Synodi, vt communi Confratrum consensu Conuentionales quædam pœnæ contra absentes eidem Confraternitati applicandæ constituantur, aut olim salubritèr constitutæ, & temporum calamitate abolitæ in praxim reducantur.

6 Hospitalitatem, aliaque egregia pietatis officia, ad quæ Confraternitates, seù loca pia sunt instituta, officiales, & alij, ad quos spectat, omninò exerceant; inobedientes pœnis ab eodem Trid. statutis compellemus.

Clement. quia contingit de Religiosis domib.

7 Confratres iniuncto sibi munere, ad quod Confraternitas est destinata, fungi renuentes (saluis pœnis Conuentionalibus (si quæ sunt; vel erunt) in posterum ad illud nunquam eligantur, præter pœnam, quam æquissimo Iudici Deo post mortem dabunt.

Trid. sess. 7. c. 15. & sess. 25. c. 8.

8 In oppidis, vbi bona Confraternitatum autiacent; extincta Confraternitate, vel eadem ad vnum, vel duos Confratres redacta maximo cum Ecclesiæ detrimento administrantur, Parochi omninò studeant,

deant, vt Confraternitas, vel denuò reuiuiſcat, vel Confratrum numerus ad maiorem Dei gloriam, & populorum ſalutem augeatur; quos tamen vni Confraternitati nouerint adſcriptos in eodem Oppido, alteri ne adiungant, niſi aliud loci anguſtia, ac Dei cultus requirant; ſi verò collapſam in priſtinum reſtituere Confraternitatem infra tres menſes non poterunt, id Nobis vnà cum redditibus, atq; oneribus Confraternitatis diſtinctè per Vicarios foraneos ſignificent.

9 In præcepto ſanctæ obedientiæ, ac ſub pœna interdicti ab ingreſſu Eccleſiæ omnibus Confratribus diſtrictè prohibemus, nè ſub quocumque prætextu etiam concordiæ ineundæ, ſeù ad redimendam vexationem Conuentus agant de grauandis quomodolibet bonis Confraternitatis, ſeù Piorum locorum, vel vt aliquid temporalibus Dominis donent, hos conuentus, ſi fortè fient, ſacrilegos, ac nullos; Officiales verò, qui eos, non habita prius per Nos licentia, ſiue data opera, ſiue ex occaſione malitiosè coegerint, in excommunicationem Nobis reſeruatam incidiſſe, ac in perpetuum ad huiuſmodi officia inhabiles declarabimus; Quod ſi adminiſtratores præſtiti iuramenti immemores ſine prædicta licentia, & non habito Fratrum Conuentu prædicta onera, vel dona ex bonis prædictæ Cōfraternitatis ſoluerint, vel in proprios vſus propinquorum, vel Vniuerſitatis; atque ab inſtitutione alienos Confraternitatis redditus conuertere auſi fuerint, in ſententiam excommunicationis ipſo facto incident, à qua abſolutionem nunquam obtinebunt, niſi prius

Con-

Confraternitati satisfecerint, & eleemosynam Pijs locis applicandam soluerint.

10 Ijsdem Confratribus præcipimus, ne Vniuersitatum officialibus munera locorum Piorum demandent; aliàs electio erit nulla, & damna; si quæ Ecclesiæ obuenient, ipsi eligentes de suo reficient. At si administrator locorum Piorum durante officio Vniuersitatis officialis electus fuerit, ab administratione statim desistat, & Confratres alterum eligant, nisi ille, vel cautionem Confratrum, ac Parochi assensu idoneam præbuerit, vel Confratres ei socium in solidum obligatum adiunxerint. Non intendimus autem præsenti Decreto honorarios Confraternitatum officiales comprehendere, sed solum bonorum administratores quocumq; nomine vocentur.

11 Quilibet officialis statim ac electus fuerit iuramento in Ciuitate coram Nobis, vel Vicario Nostro Generali, in Diœcesi coram Parocho emisso, antequam administrationem adeat; Promittat se bona loci Pij fideliter administraturum, sub finem anni rationes redditurum inuentarium omnium bonorum, & scripturarum ad Ecclesiam pertinentium confecturum iuxta Clement. quia contingit.

Trid. sess. 25. c. 13.

12 Confratres ad publicas processiones vocati sub pœnis alias statutis accedant. Tam ipsi, quàm Regulares, qui ad huiusmodi processiones ex Conc. Trid. decreto tenentur accedere, si processione ab Ecclesia, à qua inchoatur, iam egressa, aduenerint, in tempore non occurrent. A transgressoribus Paro-

chi

Digitized by Google

chi pœnas seuerè exigant, quas fidei rudimentis operam dantibus pro sua prudentia distribuent, quemadmodum de pœnis pro inobseruantia festorum statutum est.

13 Officiales locorum Piorum frumentum, quęcumque victualia, seù redditus alijs ne distribuant, non obtenta prius à Nobis licentia, quæ gratis, & in scriptis concedetur. Semper exprimant in supplici libello Nobis porrigendo quantitatem, & qualitatem rei distribuendæ; Ab hac distributione eiusdem loci Pij debitores excludant sub pœna refectionis damnorum, siquæ Ecclesia patietur.

14 Omnibus Confratribus propriæ regulæ, seù constitutionum obseruantiam, Diuinum cultum, Altarium, seù Cappellarum, quibus adscripti sunt, munditiem, Sacramentorum frequentationem, & præcipuè mutuum inter ipsos amorem in Domino commendamus; eosdemq; enixè obsecramus, vt infirmos hospitio exceptos per pœnitentiæ Sacramentum sordes animæ statim abstergere, & morbi vi ingrauescente, cætera Ecclesiæ Sacramenta deuotè suscipere pro viribus studeant.

15 Horum Decretorum exequutioni tàm Parochi, quàm Vicarij foranei inuigilent. Prætérea Parochi post huius Synodi promulgationem, vel in Ecclesia inter Missarum solemnia, vel in loco, quò Confratres conuenire solent, hæc omnia, & quæ in titulo de bonis Ecclesiasticis Decreta sunt ad eorum notitiam vulgari idiomate deducant.

TITVLVS XIV.

De Sanctimonialibus.

S.Cypr. de disciplin. & habitu Virginum.

1 VNC ad Virgines Deo desponsatas Nobis sermo est, non quod in eis aliquid censura dignum inuenerimus, sed quia, vt ait Gloriosus Martyr Cyprianus, quarum sublimior gloria est, eo maior est cura; & qui plus amat, plus timet. Scimus omnia Ciuitatis, & nostræ Diæcesis Monasteria pace illa esse composita, quam Deus, non Mundus dat, sed idcircò magis timemus, ne in consuetos inuidiæ affectus infernalis Serpens exardescat, & priscas mulieribus insidiandi vias calcans, extra claustra, tanquàm extrà veræ voluptatis Paradisum, sese collocet in insidijs: Virginesq; Deo dicatas cum non possit corpore, animo cogat per impios homines extra claustra euagari, atq; mundi vanitatibus, quibus strenuè, fortiterq; renunciarunt, denuò inhærere.

Cap. periculoso de statu Regu in 6. Trid. sess. 25. de Regul. c. 5. & c. 22.

2 Contra has antiqui hostis insidias, seù potius contra hos diaboli ministros in primis Dominorum temporalium, ac Magistratuum brachium inuocamus, vt qui corporis non animæ curam gerunt, ideo-

que

que spirituales pœnas non reformidant, temporalium pœnarum metu, vel inuiti resipiscant.

3 Pœna spiritualis pœnarum maxima est excómunicatio, cui ipso facto subdantur, ac à cœtu fidelium fiant penitus alieni, omnes cuiuscumque status, & conditionis sint, qui absq; nostra licentia Moniales, etiam Conuersas, & Nouitias, & puellas, quę educationis causa in Monasterijs degunt, alloquentur; siue litteras mittent, vel scienter deferent. Licentiæ tradantur Abbatissæ Nobis, vel Vicario Nostro Generali (si opus fuerit) exhibendæ, quæ tempus Quadragesimæ, Aduentus, Diuinorum officiorum, & diem, quo Moniales Sacrosanctum Christi Corpus susceperint, non comprehendunt, nisi in ipsis id à Nobis specialitèr expressum fuerit. Moniales inobedientes præter peccati mortalis reatum per tres menses cum externis non loquentur, etiam propinquis, aut singulis sextis ferijs Psalmum Miserere recitantes flagellis corpus affligent, prout magis videbitur expedire Abbatissæ, cuius conscientiam oneramus; Si verò quis censuram propter eamdem causam ter contraxerit (aut quod Deus auertat) vna tantum vice sermones inhonestos cum Moniali habuerit, aut huiusmodi litteras miserit, vel scienter detulerit, ad Sedem Apostolicā pro absolutione à Nobis remittetur.

Cap Monasteria de vita, & honest. Cleric.

Præcitato cap. periculosa de statu Reg. in 6.

S. Carol. in Concil Prou. 1. & de clausura, & de ijs, quę ad eam tuendam aliqua ratione pertinent.

4 Non intendimus tamen pręsenti hac constitutione comprehendere mulieres honestas, quæ solitæ sunt ad Monasteria accedere pro eorumdem seruitio; neque Monialium propinquos in primo, & secundo

K 2 gra-

gradu, dummodo vtrorumq; acceſſus ab Abbatiſſa approbetur, cuius conſcientiam oneramus.

S.Paul. epi.1. ad Corinth. c. 7.

5 Moniales eximiæ Sanctitatis famam longè, latèque diffundant, cogitantes non quæ mundi ſunt, & quomodo mundo placeant, ſed quæ Dei ſunt, & quomodo Deo placeant, vt quos timor ipſe ſpiritualium, ac temporalium pœnarum à frequenti ad Monaſteria acceſſu arcere non poteſt, ipſarum virtus omnium oculos, menteſque ſuo ſplendore perſtringens, gloriosè deterreat; quod vt facilius conſequantur, omnibus Ciuitatis, ac Diæceſis Noſtræ Monialibus ſtrictè mandamus quæ ſequuntur.

Intra ſepta Monaſterij neminem cuiuſcumq; generis, conditionis, ſexus, & ætatis admittant ſub pœna cenſurarum violatæ clauſuræ.

Sacr. Congr. Epiſ. in vna Cremonen. die 2. Februarij 1585.

Bullas Gregorij XIII. Pauli V. & Gregori XV. quæ de clauſura agunt, ac Bullam Clementis VIII. de largitione munerum vna cum declaratione Vrb. VIII. ſub die 16. Octobris 1640. curent Abbatiſſę in Noſtrũ idioma conuerti, eaſq; poſt conſtitutionis librum transcrib[illegible] vna cum mandatis tam Noſtris, quàm Noſtrorũ Prędeceſſorum, ac prȩcipuè Antonij Sanctę Romanæ Eccleſiæ Cardinalis Sanctacrucij datis prima Februarij 1636. quæ omnia præcipimus obſeruari.

Abbatiſſa nouitèr electa hæc legat, hæc attentè conſideret, quorum explicationem in dubio à Confeſſario expoſtulet, librum verò, quo hæc omnia continebuntur, Nobis in viſitatione oſtendet.

6 Diligenter curet, vt regula, ſeù Conſtitutio-

nes

nes, Nostra, ac Nostrorum Prædecessorum mandata statutis diebus publicè relegantur, idq; in aliud tempus differri quacumque de causa non patiatur; non obstante quacumque consuetudine in contrarium siue licentia à Nobis, vel à Nostris Prædecessoribus obtenta.

7 Monasterij Ianuas, neq; Abbatissa, neq; Ianitrices (Nobis Inconsultis) aperiant, nisi exigente necessitate aliquid in Monasterium introducendi, quod alia via nequeat introduci; quod si hac necessitate, cessante ibidem cōfabulationes cum externis permiscuerint, Abbatissa pœnam suspensionis ab officio per sex menses, Ianitrices verò priuationis vocis actiuæ, & passiuæ ipso facto incurrant. Monasterij Procurator, qui de triennio in triennium mutari debet, non minor quadraginta annis, neque Nobis inconsultis, eligatur sub pœna [redacted] Cancellaria describatur.

8 Nouitiarum Magistra per turnum nullo pacto eligatur, ne munus hoc, quod morum grauitatem, vitæ spiritualis peritiam, ac magnam alienos affectus moderandi dexteritatem expostulat, alicui iuniori harum rerum inexpertæ fortè obueniat, alioquin electionem ex nunc irritam, & inualidam declaramus. Eligatur ergo præfatis dotibus prædita, & quæ saltem quadraginta annos expleuerit.

9 Sub eadem nullitatis pœna prohibemus, ne Nouitię eligantur Monasterij officiales; si quid in contrarium à Monialibus attentatum fuerit, Abbatis-

sa

Digitized by Google

sa sub pœna peccati mortalis Nobis referat, & interim pro sua potestate huiusmodi electionem omninò impediat.

Paul. V. sub die Iulij 1615.

10 Dotales eleemosynæ, quę ex Sacræ Congregationis Decreto exclusa bonorum stabilium, ac censuum assignatione in ære solui debent, apud Monialium consanguineos, vel affines nullatenus relinquantur, sed antequàm puellæ habitum suscipiant deponantur actualiter in Monte Pietatis, aut penes publicum mercatorem, vel aliam personam fide, ac facultatibus idoneam, vt emissa professione in emptionem bonorum stabilium, seù annuorum redditum, Nobis semper consultis, alioquin contractus irritus, & inualidus erit, illicò applicentur.

Sacr. Congr. in vna Cremonē. die 22. Aug. 1605.

11 Iuxta Conciliorum præsertim Concil. Trid. Summorumq; Pontificum sanctiones in singulis Ciuitatis, ac Diœcesis Monasterijs præcipimus, vt Monasteriorum Procuratores infra mensem post præsentis Synodi publicationem omnium redditituum, & onerum, siquæ sunt, in nostra Cancellaria indicem transmittant.

Concil. Arelat. 1. c. 8. Turon. 3. Can 31. Maguntinum 1. c. 19.

12 Computa tam Procuratores, quàm Abbatissa, & Vicaria, quibus fructus, vel pecuniæ Monasterij consignari solent, quolibet triennio Nobis, aut Vicario Nostro Generali, vel Personis specialiter à Nobis deputandis, reddant, qualibet consuetudine, seù potius corruptela non obstante, si secus fecerint, Procuratores excommunicationis sententiam, Abbatissa, & Vicaria præter læthalis criminis pœnam priuatio-

Trid. sess. 25. de Reformat. c. 3. c. periculoso, & c. vnico §. sanè de stat. Regul. in 6.

uationem vocis actiuæ, & passiuæ ipso facto incurrant.

13 Quoniam officium Monialis, quam Procuratricem vocant regulari paupertati, ac disciplinæ parum consonum temporum calamitate penitus abolere, prout in animo erat; prohibemur; quousque diuinæ beneficentię largitate voti compotes efficiamur, mandamus in virtute Sanctæ Obedientiæ eidem Procuratrici, vt, inutilibus expensis amputatis, frugalem mensam, quæ deceat Religiosam profitentes paupertatem, paret (prout à Nobis specialiter præscribetur) socias initio suscepti muneris eligat; in quarum locum alias etiam per breue temporis spatium ne substituat.

TITVLVS XV.

De Seminario.

1 

FERVNT reuoluti sæculi monumenta Trid. Concil. Patres, postquam salubre de erigendis Clericorum Seminarijs sanxere decretum, vix egressos ab illo Sacrosancto Spiritus Sancti habitaculo, erumpentibus præ gaudio lacrymis venerandos vultus perfudisse; prospiciebant n. Sapientissimi

ſimi Patres, quantum decoris, atq; vtilitatis pium hoc, ac Sanctum Inſtitutum Eccleſiæ Dei eſſet allaturum, felici huic præſagio reſpondebit euentus, ſi præſcriptæ ab eodem Concilio, à Noſtris Prædeceſſoribus, ac à Nobis leges in Theatino Seminario diligentèr cuſtodientur

2 Rector, ac Magiſtri in id præcipuè incumbant, vt pueri in lege Domini eruditi, ac litterarum peritia apprimè præditi dignos Dei miniſtros, ac Diuinorum Myſteriorum diſpenſatores ſeſe noſtræ Diæceſi exhibeant, vtq; tanquam de proprijs laboribus rationem reddituri inter ſe nobili æmulatione contendant, ſtudioq; & pietati feruentius vacent; idem Rector ſub pœnis arbitrio noſtro infligendis tertio quoq; menſe à Nobis exquirat, num per Nos ipſos, aut per alium ſpecialitèr deputandum ſingulorum in litteris, in morum honeſtate, ac in ſacris ritibus progreſſum Nobis placeat explorare; Incorrigibiles, prauorum morum diſſeminatores, ac Eccleſiaſticæ Militiæ inhabiles pluries reperti à Nobis, expellantur, vt Sacroſancti Concil. Trid. diſpoſitioni ſatisfaciamus.

Trid. ſeſſ. 23. c. 18.

3 Rector ſub pœna priuationis officij neminem, ſiue alumnum, ſiue Conuictorem Nobis inconſultis in Seminarium admittat, vel ab eo expellat, *Niſi magni errati, ac publici criminis reum, ac in re graui contumacem*, quam pœnam etiam dabit, ſi redituum rationem iuxta eiuſdem Concilij præſcriptum ſingulis annis Nobis reddere omittet.

Trid. loc. mox cit.

4 Vt optimum ſub Rectoris tanquam Ducis oculis

lis Ecclesiasticæ Militiæ tyrocinium ponant adolescentes; mandamus eidem sub pœnis nostro arbitrio reseruatis etiam priuationis officij, vt diù, noctuque in Seminario personaliter resideat. Curet etiam, vt matutina, casuum conscientiæ lectionem paucis ab hinc annis intermissam restituat.

5 Duodeuiginti Clerici, sicut Nostrorum Prædecessorum statutis firmatum est gratis alantur tribus oriundis ex Castris Rocchæ Sancti Ioannis Fossæ cææ, & Sancti Viti comprehensis; Qui in Seminarium concupierit admitti supplicem Nobis afferat libellum, si in Ciuitate habitat, ad Rectorem: si in Diæcesi, ad Vicarium foraneum, siue Parochum pro informatione de vita, natalibus, & indole transmittendum.

6 Rector animum diligentèr intendat, vt Clerici, qui gratis aluntur iuxta postremæ Synodi constitutionem dent idoneam cautionem de restituendis Seminario expensis, habita ratione viginti quatuor ducatorum pro singulis annis, si fortè Clericali habitu dimisso in laicalem statum transierint.

7 Eiusdem Synodi Decretum confirmantes omnibus Seminarij Clericis præcipimus, vt sub Vesperas cuiuslibet Sabbati vicissim dimidia eorum pars Confessario, siue Confessarijs, à nobis tamen eligendis, sua peccata aperiat, & mane sequenti Eucharistiç Sacramentum suscipiat, quo tempore altera pars Canonicis horis adsistat, itaut omnes solemni Missæ sacrificio in Nostra Metropolitana Ecclesia tempestiuè intersint.

8 Omnibus Parochis districtè iniungimus, vt mense Septembri, aut Octobri per epistolam Nobis, vel tempore Cógregationis post tertiam Dominicam Paschatis Resurrectionis Domini Nostri Iesu Christi coram nobis quotannis habendæ per Vicarios foraneos Ecclesiasticis ministerijs idoneos adolescentes Nobis denuncient; Qui alumni locum obtinere optauerit, in supplici libello Nobis porrigendo semper exponet, an aliquis in eodem Oppido natus gratis in Seminario alatur, alias gratiam vt potè subreptitiam omninò inualidam ex nunc declaramus.

9 Denique præscriptæ à Nostris Prædecessoribus viuendi regulæ in scriptum redactę publice quolibet mense legantur, earumq; obseruantiæ Rector, ac substitutus diligenter inuigilent, alias Nobis graues pœnas dabunt.



TI.

TITVLVS XVI.

De Vita, & Honestate Clericorum.

1 MNES, qui sese diuino manciparunt ministerio summa ope niti decet, ne videantur negligere gratiam, quæ in ipsis est, quæ data est illis cum impositione manuum: Etenim, vt egregiè testatus est Maximus ille Pontifex Alexander huius nominis tertius; non negligendam gratiam nobis Dominus dedit, sed fideliter exercendam tribuit: Gratiam autem Dei tunc Ecclesiastici viri fideliter exercent, cum fidelium exemplum sunt in verbo, in conuersatione, in charitate, in fide, in castitate. S.Paul.ep.1. ad Timoth. c. 4.ep.35 S.Paul.loc.supra cit.

2 Quare omnium nostrorum Prædecessorum constitutiones de habitu, ac tonsura Clericorum innouamus, vt composito ad honestatem habitu, mentium, ac morum præbeant indicium, capitis corona Regnum præferant, quod in Christo expectant, & tandem capillorum decisione sæcularium vanitatum ostendant depositionem. S.Bern.lib.3. de Consecrat. c.11. *Considerar:

L 2 Vani-

Auth. de S S. Episc. §. interdicimus c non oportet de cõsecr. dist. 5. c. cum decorem c. pen. de vita, & honest. Cleric. c. inter dilectos de ex. cessib. Prælat. c. Præsbyt. 19. dist. c. 1. cum seq. 34 dist. c. 1. de Clerico venatore c. nullus 11 q. 1. ne Clerici, vel Monaci.

3 Vanitates, quas in laicis vt cumque patitur corrupti sæculi mos, in Clericis verò nullo modo nos pati Sacri edocent Canones, hæ sunt fidibus canere comędijs, vel se actores præbere, vel interesse, choreas ducere, aut spectare, laruatos incedere, clamosæ venationi operam dare, sæcularia negocia agitare, foro, vbi ius dicitur, adesse, extra casus ab vltima Synodo permissos, in publico versari, sine habitu Clericali, malleis, casei formula vel maiori pila publicè ludere, arma cuiuscumque generis gestare (excepto cultello breuiori domesticis vsibus accommodato) Hæc omnia, & similia pœnis, siue à iure, siue à Nostris Prædecessoribus statutis omninò Clericis prohibemus, quibus etiam addimus armorum amissionem, ac quinque aureorum solutionem pro captura Nostræ Curiæ satellitibus faciendam, quoties cum armis fuerint reperti; Arma verò, quæ speciali prohibentur edicto, Vulgo Pistolæ, ac stili, vel deferentes, vel domi retinentes, excommunicationem ipso facto incurrent.

4 Comædiæ partes si acceptauerint, vel inter se distribuerint sub spe facultatis (de recitandò) quam idcirco à Nobis nunquam obtinebunt, easdem dabunt pœnas, quas daturi essent, si recitassent, vel comedijs interfuissent: ab illis verò, qui in locis ad hoc deputatis alea luserint, duplo maior pœna sumetur, quàm in cæteris casibus esset sumenda, atque accusatori (pro tertia parte) si pecuniaria erit, applicabitur.

Velle-

5 Vellemus etiam, vt Sacerdotes, Diaconi, ac Subdiaconi iuxtà antiquos Canones à nuptiarum conuiuijs abstinerent, sed quia temporum varietati aliquid dandum est, eis interesse non prohibemus, dummodò vbique intelligant se Ministros Dei esse.

Cap. 1. ne Clerici, vel Monaci, & c. cũ decorem, de vita, & honest. Clericorum. S. Paul. ad Ephes. c. 5.

6 Memores quoque Apostolici præcepti, ne fornicatio, atque omnis immunditia nominetur in Christifidelibus, abstineant à verbis obscænis, ea proferentes carceris pœna siue alia nostro arbitrio reseruata mulctabuntur, si adhuc Sacerdotium non susceperint: ad alios ordines longo post tempore ascendent; nisi continuata vitæ, & verborum modestia alios se esse ostenderint.

7 Contra Clericos fornicarios, seù concubinarios iuris præsertim Concilij Trid. pœnis seuerè agemus. Qui in hisce vitijs notorijs, siue per sententiam, siue per confessionem in iudicio, aut per euidentiam rei, quæ tergiuersatione aliqua celari non possit, magna fidelium offensione, summoque Clericalis militiæ dedecore versari non erubescent, suspensionis pœnam iuxta Lucij III. & Greg. IX. sanctiones, quas hic (quatenus opus esset) innouandas duximus, ipso facto incurrent, & si in fragranti reperti fuerint pro captura Nostræ Curiæ satellitibus quinque scuta aurea soluent.

Cap. 2. cũ seq. de cohabitat. Cler. & mulier. c. si concubinæ de sent. excommunic. Cõc. Tole. 4. c 14. c. si aut. de habit. Cleric. & mulierum. Cap. vestra, & c. quæsitum de cohabit. Cler. & mulier.

8 Illud etiam animo voluant non licuisse Clericis ex Sacrorum Canonum constitutionibus domi mulieres retinere (exceptis ascendentibus, sororibus, fratris vxore, ac nepte) ne in certamine castitatis, dum

Conc. Trid. sess. 24. c. 8. de reform. & sess. 25. c. 14. Cap. præt. hoc c. interdixit cũ seq. 32. dist. c. 3

hostem

cũ seq. 34. dist. c. vt Cleric. de vita, & honest. Cleric. & per tot. de cohabit. Cler. & mul. Trid. sess. 25. de refor. c. 14.

hostem aggredi tentarent, non fugiendo victoriam perderent. Nullas idcircò domi famulas habeant, nisi mulieres bonæ famæ, & ad minus quadragintaquinque annorum, & cum Nostri Vicarij Generalis approbatione in hac Ciuitate, Vicariorum foraneorum in Diæcesi sub poenis à præcedenti Synodo constitutis.

9 Prædictas mulieres, etiamsi ipsorum consanguineæ essent, nullo modo in eadem camera secum pernoctare permittent sub poena vigintiquinque aureorum, & in subsidium excommunicationis, nisi obtenta à Nobis licentia, quę pauperrimis solum erit concedenda, & quos spectata morum integritas, ac sanguinis vinculum ab omni criminis suspicione eximent.

10 Quo huius decreti exequutio Nobis constet, fœminarum nomina, atque ætatem, cum quibus modo habitant Clerici omnes in Ciuitate ad Nos, siue Vicarium Generalem in Diæcesi ad Vicarios foraneos deferant infra mensem post huius Synodi publicationem; si secus fecerint, prædicti Nostri Curiæ officiales, siuè per inquisitionem, siue per accusationem rigorose contra inobediétes procedent, & ne fraus legi fiat sub nomine huiusmodi mulierum, illas etiam comprehendi declaramus, quæ licet extra Clericorum domos habitent, continuum tamen eis præstant famulatum.

Psal. 118.

11 Quia ab huius sæculi vanitatibus facillimè quisque se abstinet, vbi Prophetæ monitum adimplens

plens (à mandatis tuis intellexi) legem Domini meditatur, omnes Nostrę Diœcesis Clerici expleto quarto decimo ætatis suæ anno vetus, ac nouum testamentum, Concilium Trid. Cathechismum Romanum, & nostram hanc Synodum assidua lectione peruoluât. In ipsorum manus frequenter etiam ascendat nunquam satis laudatus libellus Thomæ de Kempis de imitatione Christi, atque opera deuoti viri Francisci de Sales Episcopi Gebennensis, quem dum Nostra hæc Synodus in lucem prodit Beatorum catalogo à Sāctissimo Domino Nostro Alexand. VII. adscriptum summa cum animi voluptate audiuimus; Horum ergo librorum lectioni attendant, hos meditentur, in his sint; vt postquam scientiæ operam dederint, doctrinæ gratiam Populis possint administrare.

S.Paul. ep.1. ad Tim.c.1.S. Isidor. in lib. de vita Cleric & refert. in c. is igitur. 23. dist.

12 Ecclesijs etiam, quarum seruitio fuerint adscripti omnibus diebus festis inseruiant; qui per plures vices, & præcipuè festis solemnibus (quamuis Nos legitimè impediti Pontificaliter non celebremus) non interfuerint, [redacted].

13 Fori priuilegio (Nobis inconsultis) nullo pacto renuncient, non enim licitum est Clerico renunciare etiam in temporalibus causis iuri suo, & sibi laicum Iudicem constituere, cum non sit beneficium hoc personale; cui renunciari valeat, sed potius toti Collegio Ecclesiastico publicè sit indultum, cui priuatorum pactio derogare non potest.

Cap. si diligenti de foro cōpetenti,

Ius publicū. ff. de pactis l.2 §. sed quia ve. remur l. iuram. propter calumniam,

14 Beneficiati non idcircò se ab habitu, & tonsura deferendis immunes arbitrentur, sed præ oculis ha-

Sixt.V.in cō-stit.cum Sacro sanctam.

habeant constitutionem Xisti V. qua sub pœna āmissionis beneficiorum, & pensionis ipso facto ad prædicta tenentur.

15 Quoties, siue occasione funeris, siue Congregationis casuum conscientiæ habendæ, aut alterius solemnitatis in vnum conuenient, & mensis simul discumbent exclusis laicis, nisi notæ probitatis sint, cibum cum gratiarum actione sumant, ac sacrorum librorum lectione animos oblectent, modestiæ, ac temperantiæ exempla alijs præbentes.

16 Omnium Clericorum nomina, qui Ecclesiæ adscripti sunt, in eiusdem Sacristia exponantur à Rectoribus Ecclesiarum, siue Sacristis in publica tabella.

17 In locis, vbi Regulares degunt, si quid criminis de illis fortè sonuerit, Parochi, vel Vicarij foranei Nobis statim, ac secreto referant, vt, vel eorum Superiores, quorum prouidentia Regularis disciplina in Ciuitate, ac Nostra Diæcesi præclarè viget, admoneamus, vel in casibus permissis auctoritate Nobis delegata à Summis Pontificibus, præsertim ab Innocentio X. & Sanctissimo Domino Nostro Alexandro, fungamur.



TI-

Digitized by Google

TITVLVS XVII.

De Vicarijs foraneis.



1 VERISSIMVM, atque rerum omnium magiſtra experientia approbatum axioma eſt, quod ſicuti præceptum, quod alicuius rei exequutionem in communi mandat, nemini mandat, ita, & quod omni tempore iubet, nullo iubet; Dum commodiores rei agendæ opportunitates in dies quique expectant, omnes elapſo anno ſe amiſiſſe inaniter dolent, hoc errore decepti Noſtræ Diœceſis Vicarij foranei cum præterita Synodo vnuſquiſque bis in anno ſuam viſitare iuberetur Regionem, nunquam viſitarunt, quod, cùm maximum ſpirituali animarum regimini detrimentum attuliſſet, placuit Nobis ab initio noſtri Archiepiſcopatus vnam ex prædictis viſitationibus Vicariorum arbitrio relinquere, alteri non ſolum modum & tempus poſt Paſcha Reſurrectionis Domini Noſtri Ieſu Chriſti ſtatuere, ſed, quo maiori cum animarum vtilitate, quam non rarò æmulatio facit, perficeretur, eodem tempore feria ſcilicet quinta ſecundæ hebdomadæ poſt Paſcha eorum-

dem Vicariorum Congregationem indicere coram Nobis quolibet anno celebrandam.

Quæ ex hac visitatione, atque Congregatione spiritualia emolumenta emanarunt, illi debentur, qui Nobis benignè permittit, vt plantemus, ac rigemus, sed incrementum solus dat. Nolumus tamen ignorari Diui Caroli exemplo, ac Diuina quadam inspiratione huiusmodi consilium Nos amplexos fuisse, quo illi etiam post Deum debitæ reddantur grates à nostris Diœcesanis.

Conc. Prou. secundū Mediol. sub.tit. quæ ad Synod. Congr. ad Clericales, & visitationem attinent.

2. Hinc est, vt huius visitationis, & Congregationis tempus præsenti hac Synodali Constitutione in perpetuum confirmemus, districtè mandantes Vicarijs foraneis, vt non solum per seipsos suam visitent Regionem, sed etiam intersint Congregationi, quæ pro maiori vniuersæ Diœcesis commoditate feria quinta tertiæ hebdomadæ post Pascha Resurrectionis coram Nobis in posterum habenda erit.

3 Quid autem in visitatione agere debeant, eos docebit assidua præsentis, ac præteritæ Synodi lectio, ex quibus, si indicem rerum, quarum exequutio ipsis commendatur, conficient, certam præpositi finis consequendi methodum sibi comparabunt.

4 Easdem diligentias respectiuè obibunt Parochi in hac Vrbe Theatina, quos etiam cum suis actis Congregationi interesse pręcipimus, committentes insuper eisdem edicti de legatis pijs exequutionem eadem auctoritate, quæ Vicarijs in Dięcesi foraneis delegata est.

Pœnas

Digitized by Google

5 Pœnas, quæ contra transgressores huius Synodi, aut aliarum Constitutionum siue à Nobis, siue à nostris Prædecessoribus latæ sunt, tàm in visitatione, quàm extra, Vicarij foranei nemini condonent, sub pœna dupli, atque priuationis officij, sed eas seuerè exigant, præsertim quando agitur de delictis in fragranti, & quæ iudiciaria non indigent tela: processus conficiant ea, qua decet fidelitate ad Nostram Curiam transmittendos, aliàs grauitèr punientur. Sac. Congr. Episc. die 9. Iunij 1592.

Vbi verò ad pœnarum exequutionem deuenerint, de eâ certiores nos faciant de accusatore, de Ecclesiarum, siue miserabilium Personarum necessitate.

6 Delictorum notitiam ad Nos illicò deducant sub pœna priuationis officij, ac viginti quinque aureorum, quorum tertia pars erit accusatoris; Quod, si donis corrupti præfatas pœnas exequi neglexerint, vel Crimina ad Nostram Curiam Generalem deferēda fraudolenter tegere præsumpserint, suspensionem à diuinis ipso facto incurrent; non intendimus tamen hac Constitutione extra hos casus comestibilium donorum acceptionem, quæ triduo consumi possunt, eis interdicere, dummodo Iura id permittant. In visitatione verò victu solum contenti erunt iuxta decretum præteritæ Synodi.

7 Heremitas prohibeant in sua Regione habitare sub quocumq; prætextu, præcipuè si Rurales habitent Cappellas, nisi de nostra licentia, & approbatione in scriptis, quæ in Cancellaria expedientur, quando se sub certa regula illi viuere prius ostende- c. aliud 10. q. 1

rint, vel Nobis obedientiam iurauerint; &, si ex aliena Diœcesi aduenient, fide dignas, ac laudabiliter actæ vitæ probationes nobis exhibuerint; & vt à Nobis, seù Vicario Nostro Generali approbati rectè viuant, Ecclesias, seù Cappellas eis assignatas Vicarij foranei quotannis post Pascha visitent, atque in actis visitationis ad Nos deferendis illorum famam, & Ecclesiæ necessitates fidelitèr adnotent.

8. Quoties Parochialis Ecclesia Parochum, seù æconomum amittet, in eius locum spectatæ vitæ Sacerdotem, dummodo ex Diœcesi sit, per modum prouisionis sufficiant, Nobisque de electa persona scribant, quò eam, si expedire videbitur, confirmare possimus. Caueant tamen ab exteris Sacerdotibus, quos tamen à Nobis eligendos proponere poterunt, sed neque per breuissimum temporis spatium ad huiusmodi munera deputare, nisi prius consideratis per Nos, seù Vicarium Nostrum Generalem, illorum litteris commendatitijs.



TI-

TITVLVS XVIII.

De Parochis.



1 PAROCHI, quibus vt po-
te animarum saluti præpositis (Supr.tit.10.)
ex Sacrorum Canonum, etiam
Tridentini Concil. pręscripto
statis temporibus prædicationem verbi Dei demandauimus, ad pietatem, Dei cultum, innocentiamque subiectos sibi populos nunquam traducent, nisi factis ipsis, & vitæ actionibus commissi sibi muneris partes explendo veluti perpetuum quoddam prædicandi genus ità instituant, vt ipsorum habitus gressus, gestus, & vniuersa vocalia sint, & quicquid agunt doctrina populorum sit. (Trid. sess. 25. de Refor. c. 1.)

2 Quo facilius morum disciplina in populos siue inducatur, siue custodiatur, curent ab hac Synodo decretorum notam, seù indicem extrahere, quorum exequutio certo anni tempore ipsis demandatur, eamque vel domi suę, vel in sacristia publicè expositam præ oculis habeant. (S. Hier. ep. 4. ad fabiolã de vestitu Sacerd.)

3 Sacramentalem Confessionem suorum peccatorum

torum ſemel infra hebdomadam ad minus edant, cuius rei fidem in ſcriptis à Confeſſario ſibi tradi faciant in Congregatione caſuum conſcientiæ à Vicarijs foraneis recognoſcendam.

4 Beneficiorum vacationes, quoties occurrent, ſuæq; Eccleſię neceſſitates, non ſolum Vicarijs foraneis, ſed etiam Nobis ſtatim referent; vt eis auctoritate noſtra ordinaria, vel delegata conſulere poſſimus. Referant etiam intrà menſem à promulgatione huius Synodi beneficia longo temporis interuallo vacantia, quæ ob reddituum tenuitatem, vel oblata reſpuuntur.

5 Oblationum, ſeù collectarum vſum ab antiquis vſque temporibus ad Nos per Sanctorum Patrum minus deductum, vel retineant, vel denuo reuocent; Hæ verò oblationes iuxta Canonicas Sanctiones, vel legitimam loci conſuetudinem diuidātur.

S.Paul.ep.1. ad Cor. c. 16. c.omnis Chriſtianus de conſecr. diſt.1.

Congregationes de caſibus conſcientię ſtatutis ab vltima Synodo temporibus habeant.

6 Vicarij foranei non ſolum ab abſentibus pœnam carolenorum quinque pro qualibet vice exigent, ſed etiam ab ijs, qui tempus Congregationi deſtinatum confabulationibus terunt, ne corruptela hæc, quam in noſtra Diœceſi inſurgere dolenter audiuimus, latiùs ſerpens tàm proficuum opus omninò corrumpat.

S.Thomas.2. 2.q.16.artic.2. præſertim in reſponſione ad ſecundum.

7 Congregationis celebrandæ hic erit mos: Vicarij foranei, vel per circulares litteras ad Parochos datas, vel in fine præcedentis Congregationis præ-

ſcribent

ſcribent vnum, vel duos conſcientiæ caſus, iiſdemque diſcutiendis locum, ac diem ſtatuent; vbi verò ſtatutá aderit dies, omnes Parochi, atque Sacerdotes in vnum conuenient locum, ibique poſt conſuetas preces à Vicario foraneo, vel ab antiquiori Parocho (ſi ille impeditus legitimè intereſſe non poterit) ad Deum fuſas vnius horæ, ac dimidiæ ſpatium ad munus ità diuident, vt integram horam ſententiæ omnium, ſeù vota ex ſcripto, vel memoriter prolata, ſuper propoſito conſcientiæ caſu, atque eiuſdem reſolutio per Vicarium foraneum, ſiue antiquiorem Parochum facienda, occupent; dimidiam verò, quæ ſupereſt, horam ſibi vindicent diſertationes de Miſſæ ceremonijs per turnum proponendæ, & eiuſdem Miſſæ, vt dicunt, ſiccæ, ſi opus fuerit, recitatio. His peractis Vicarius foraneus, vel antiquior Parochus ab vnoquoque ſententias, eiuſdem [illegible] manu ſubſcriptas ſibi tradi mandent, quas cum caſus reſolutione ab ipſo edita, notatiſque certo in folio nominibus, tàm abſentium, quàm præſentium curet ad Nos quamprimum tranſmittere; abſentium tamen nomina notet huiuſmodi aſteriſmo * in capite, & abſentiæ cauſas, ſi fortè habuerint, Nobis per epiſtolam ſignificent.

8 Ad hanc Congregationem omnes Eccleſiaſtici admittantur, Sacerdotes verò cogantur, in maioribus ordinibus conſtitutis ſuam palàm exponere ſententiam tantum licebit, niſi aliud ſpectatis aliorum dotibus Nobis, aut Vicarijs foraneis videbitur. Regulares non ſolum admittantur, ſed etiam perhumaniter inuitentur. Sac. Cong. Epiſc. die 9. Auguſti 1594.

Quod ſi

9 Quod si casus aliquis, vel negocium fortè occurrat, cui in communi à Parochis consulendum sit, cæteri habita iam Congregatione, quam peractæ Deo grates semper diriment, de hoc benignè à Vicario foraneo moniti, è loco egrediantur.

10 Inuigilent omnium Sacrarum Constitutionum custodiæ, earum præcipuè, quæ fidei nostræ integritatem, & Ecclesiasticã respiciunt immunitatem, at quia dum hæc Decreta sancimus Paterna Sanctissimi Domini Nostri Papæ Alex. VII. Prouidentia in eos prouocamur, qui christianos homines tanquam turcas bello captos mancipiorum in morem habent, & vt siue vendant, siue emptos retineant ab Ecclesijs, atque Sacramentorum vsu, tanquam mahumeticæ sectæ professores per summum nefas arcent. Parochi tanti criminis enormitatem, debitasq; ob id Deo, atq; Ecclesiæ dãdas pœnas populo inter missarũ solemnia non solum denuncient, sed etiam sedulo perquirant, an in sua Parochia mancipia habitent, cui seruilem operam præstent, & an baptismum susceperint, quoties suscepisse fama sit, rem Nobis secreto aperiant, non iam caritatem, sed virgam contra illorum Dominos, tanquam christianæ libertatis hostes, adhibituris. amplius qui maritimorum Oppidorum Ecclesias gubernant Naues, quæ suspectam hanc mercem nostris littotibus inferunt, cautè obseruent, homines, quos in littore venundaturæ exponent, Interrogent, vbi christiano nomine insignitos esse intelligent, nulla interposita mora eorum numerum, & quò iter direxerint;

rint;

rint, per epiſtolam Nobis ſignificent.

11 Excommunicatorum nomina, ſtatim ac à Vicarijs foraneis ad Parochorum, ac Regularium notitiam fuerint deducta, primo die feſto inter miſſarum ſolemnia publicent, populumque moneant, cum huiuſmodi nec cibum ſumere, nec Aue eis dicere; Verum, ſi quis violentas manus in Clericum publicè iniecerit, neque Noſtris, neque Vicarij foranei litteris expectatis alios moneant, vt ſe ab illius conſortio illico ſeparent; Ea enim eſt penes Eccleſiam huius criminis magnitudo, vt, quando nulla tergiuerſatione celari poteſt, hoc anathemate percuſſos à fidelium commercio, ac familiaritate excludat.

Clem. 1. de ſenten. excom. c. cui 11. q. 3. Trid. ſeſſ. 25. de Regularib. c. 12.

nō inter- [illegible] ſudi- [illegible]tentiâ

Martin. V. in extrau. ad euitand. ſcandala.

12 Iidem Parochi per Vicarios foraneos de excommunicatorum contumacia denuò admoniti primo die Dominico cuiuslibet menſis eorum nomina inter miſſarum ſolemnia repetant, donec eos abſolutionis beneficium impetraſſe certo ſciuerint. Deniq; quando quis in Diœceſi degens obdurato animo per annum in excommunicatione inſordeſcet, vel pœnitentiæ ſigna edet, Parochi Nos de vtroq; certiores faciant, vt iuxta Sacr. Canon. etiam Trid. ſanctiones acriora erga contumaces remedia, mitia erga pœnitentes adhibere poſſimus. Omnia in hoc Decreto contenta non ſolū in Diœceſi, ſed etiam in hac Theatina Ciuitate Parochi, ac Regulares omninò obſeruent; aliàs per iuris remedia compellemus.

13 Quę, vt facilius exequutioni demandentur, Cancellarius noſter Generalis excommunicationis à

Digitized by Google

Nobis, vel à Nostro Vicario latæ notitiam, atque excommunicati nomē Vicarijs foraneis statim significet.

14 Omnes tandem per viscera misericordiæ Domini Nostri Iesu Christi obsecramus, vt hoc inuisibile, eoq; magis timendum excommunicationis horrescant fulmen, quod à Sanctis Patribus futuri iudicij præiudicium appellatur, ac si ille, in quem excommunicatio cadit, antequam à tēporali hac vita exeat, Deiq; ante Tribunal constituatur, æternæ mortis sententiam in se exceperit. Dolentes ad hasce preces descendimus, censuras enim, quamuis sobria, magnaq; circumspectione latas, à carnalibus hominibus, qui omnia oculis, non spiritu metiuntur, maximo cum animarum detrimento contemni deploramus.

TITVLVS XIX.

De Capitulo, & Canonicis.

1 
VM ea sit inferiorum hominum conditio, vt maiorum, siue virtutes, siue vitia in se facillimè transferant, Eorum namq; criminum vindictam ab alijs, qui similia committunt, non expectant, eodemq; erga iustitiam animo [illegible], quo erga cæteras virtutes suos arbitrantur Superiores esse, hinc tales Nos omnibus exhibere debemus, quales Apostolorum Princeps describit, formam

nam scilicet totius gregis Nobis à Deo commissi, sed quis Nos sanos dixerit dolentes latera? Vos igitur in Domino hortamur, Nostræ huius Metropolitanæ Ecclesiæ Canonici, Collaterales Nostri, vt exemplo nobiscum toti Diœcesis Gregi imperetis Canonicas de vita, atque honestate Clericorum Regulas, quas vos obseruare cæteris arctius deuouistis, exactissimè vestris moribus exprimentes.

1. Petrus ep. 2. c. 5. S. Bernar. lib. 4. de cõsiderat. cap. 4.

Iuo Carnoten. Episc. decret. collector. ep. 103.

2 Præterea illud omnibus Canonicis cauendum est, ne in laicorum conuictum, siue famulatum se recipiant, quod non solum cum maxima dignitatis iactura fiet, sed, quod summopere dolendum est, non tam laicorum, quàm vitiorum famulos, siuè socios constituet.

3 Ecclesiam non perambulent, sed eam ingressi post fusas ad Deum preces recta ad sacristiam tendãt, ibique superpelliceis, propriæq; dignitatis insignibus se induant, Sine his Nobis obuiam venire nullo pacto licet, eadem hebdomadarij, cæteriq; siue Ciuitatis, siue Diœcesis Ecclesiastici viri respectiuè in suis Ecclesijs obseruent.

4 Choro frequentes intersint, cum ob paucitatem facillimè cuiuscumque defectus à laicis notetur, ibique diuinum officium toti in id intenti alta voce, [redacted]ernatim recitent, silentium in reliquis obseruantes, tabaccho ibi non vtantur, [redacted]scedant.

Clem. 1 de celebr. Miss. cap. dolentes eod. tit.

Carol. in Cõc. 1. Prou. tit. quo modo versandum sit in choro.

5 Memores sint ex Conc. Trid. Decreto, & Prædecessoris Nostri Pauli Tolosæ Constitutione, in Sy-

Digitized by Google

Trid. sess. 23. c. 4. & sess. 24. c. 12. Rot. Rom. decis. 659. n. 3. p. 4. Clem. vt ij de ætate, & qualitate.

nodo promulgata statutis diebus teneri ordines per se ipsos exercere, & cætera officia in diuino cultu præstare sub pœnis contentis in Clement. vt ij.

6 In præcepto Sanctæ Obedientiæ punctaturas nemini condonent sub quocumq; prætextu, tàm separatim, quàm coniunctim, ne per hanc intempestiuam, ac noxiam prodigalitatem Dei cultus in Ecclesijs minuatur, Ab omnibus nostræ Diœcesis Clericis, qui Ecclesijs adscripti sunt, ibiq; Deo laudes canere tenentur, eadem præcipimus obseruari.

Conc. Prou. 1. sed colan. p. 2. tit. de offic. Punctatoris.

7 Punctatores iuxtà præcedentis Synodi præscriptum vnus à Nobis, alter à Capitulo eligetur: hi emisso in manibus nostris iuramento, postquam electi fuerint, quolibet bimestri punctaturæ libros Nobis ostendere, seù nostro Vicario Generali teneantur sub pœna vnius aurei, atq; eiusdem libri extractum in manibus Nostris, seù Vicarij relinquen[redacted]

Prou. 4. Med. p. tit. quæ pertinent ad Capitula Cathedral. & Collegiat. Eccles.

8 De grauibus negocijs optimum esset non in eodem Capitulo, in quo proponuntur, sed in altero deliberare, & tunc per suffragia secretà. Dum suffragia feruntur vnusquisq; Canonicorum suo sedeat loco modestè, & passionib. sepositis suam aperiat sententiam, Si secus fecerit, voto in illo Capitulo, atq; in sequenti sit ipso facto priuatus.

9 Discordias, si fortè insurgent, [redacted] Magister Canonicæ extemplo componat: illis, qui rixas pertinaciter seminauerint, aut contumeliosa verba contra aliquem ex Canonicis quomodolibet ie cerint, sub præcepto pœnali mandet, vt in

NO-

nostrum sese conferant Palatium, & terminato Capitulo de controuersia, siue de inobedientia certiores nos faciat sub pœnis Nostro arbitrio reseruatis.

10 Nemini liceat officium, quod ipsi siue per turnum, siue per suffragia secreta obuenit recusare quolibet quæsito colore, sub pœna amissionis distributionum per sex menses, quamuis inseruiat Ecclesię; Iustas verò recusandi causas, si forte habuerit, Nobis exponat.

Conc.Prou.3. Med.p.1. tit. de ijs, quæ ad Capitulum pertinent.

11 Et quia inter cætera officia spoliorum subcollecteria, quæ ob dimissam subcollectorib. obligationem contra antiquam huius Capituli consuetudinem transactis temporibus ea Capitulo intulit damna, quibus sustinendis modo impar est; mandamus idcirco omnibus in posterum ad hoc officiũ deputandis, siue per electionem, siue per turnum, vt statim sese in forma Reuerendæ Cameræ Apostolicę Capitulo obligent, neq; ab hac obligatione à Capitulo liberari possint, nisi expleto officio, redditis rationibus, & soluto debito (si debitores fuerint declarati.

12 Capituli Secretarius sub pœna falsitatis epistolas, seù supplices libellos nomine Capituli nunquam mittet, aut consignabit, nisi prius in Capitulo perlectos, atq; eiusdem sigillo ibidem munitos.

13 Iuramenta cuiuscumq; conditionis de non reuelando, quæ in Capitulo fiunt, siue in quacumque Congregatione Nobis subiecta, declaramus neminem impedire, quominus Nobis reuelet, cum in omnibus possint, in multis debeant, quæ in Capitulo peracta sunt,

Conc.Prou.4. supracit.

Digitized by Google

sunt, siue in alia Congregatione, suo aperire superiori; quæ enim membrorum vita sine capitis influxu? Curent idcircò omnes non solum priuato nomine, sed etiam publico grauia nobis negocia nostro, siue consilio, siue auctoritate discutienda reuelare, quò omnibus ostendere possimus quantum nobis curæ sit nostri Capituli, atq; aliorum salus.

14. Prædecessorum nostrorum Constitutiones, & nostras de Capitulo, atq; Canonicis editas, confirmamus; quòdsi illarum aliqua temporum, atq; hominum varietate id exigente moderationem, siue abrogationem desideraret, id nobis infra mensem à promulgatione huius Synodi Magister Canonicæ, siue Secretarius exponat, obtentamq; in scriptis, siue moderationem, siue abrogationem Capitulorum actis inserant, alias non valituras.

15. Deniq; ad tollenda scandala, quæ sub prætextu præcedentiarum inter hebdomadarios huius nostræ Metropolitanæ Ecclesiæ, atq; Parochos huius Ciuitatis exorta sunt, seù oriri possunt, eosdem Parochos hebdomadariorum numero adscribimus, eorumque decoramus insignib. mandantes vtrisq; vt in vnum compositi nulla inter ipsos Dignitatis habita ratione, sed solum temporis, quo siue Parochi, siue hebdomadarij munus suscepere, Processionib. intersint. Cæterum tam Parochorum, quàm hebdomadariorum omnia alia iura, atq; emolumenta illæsa permaneant.

TI-

TITVLVS XX.

De Synodo.

1 EDVCTA hucusq; Synodo, reliquum est, vt eius exequutionem tàm laicis, quàm Clericis commendemus. Omnes igitur per Viscera misericordiæ Domini Nostri Iesu Christi obnixè rogamus, ne disciplinam abijciant, à qua aberrare perire est iuxta illud, & pereatis à via recta, cum exarserit citò ira eius super nos. Peruoluant animo Ecclesiasticas Constitutiones, vel effluxum quendam esse radiorum è diuina lege prodeuntium, quibus ad eandem suauitèr deducimur, vel lutum illud, quo Christus Dominus, cum tenebras cæci hominis oculis ingerere videbatur, lumen infudit. Hinc fiduciam sibi vnusquisq; sumat, quoties difficultatis aliquid nostris inesse Constitutionibus senserit, seq; omnia posse in illo, qui nos confortat, tàm voce, quàm mente profiteatur. psal. 2.

2 Parochi insuper, atq; Vicarij foranei, quibus

præ-

precipuè huius Synodi executio demandatur, postquam in lucem edita fuerit, eiusdem vnum exemplare penes se omnes habeant sub pœna vnius aurei, atque ad omnium notitiam deducant. Pœnæ, vbi non apponuntur, nostro arbitrio reseruantur, & pro tertia parte in quolibet casu applicandæ accusatori, nisi aliud specialiter cautum fuerit.

LAVS DEO.

Digitized by Google

EDITTO

Per l'osseruanza delle Feste da publicarsi ogn'anno nel giorno della Circoncisione, e nella Festa di S. Gio: Battista:

NICOLO RADVLOVICO

ARCIVESCOVO, E CONTE DI CHIETI.



DEGNA cosa è, che quei giorni, i quali sono stati santificati da Dio, e dalla sua Santa Chiesa, si santifichino anche da tutti noi fedeli, e che per mezzo dell'Orationi, & assistenza à Diuini Offitij, astenendoci da ogni opera seruile, iui cerchiamo principalmente il vero riposo, e la vera quiete, doue la pose il Signore Dio, mentre per nostro ammaestramento, *Septimo die requie-*

Digitized by Google

uit ab opere; Perciò co'l presente Editto ordiniamo, & espressamente commandiamo, che in detti giorni festiui nessuno ardisca fare alcun'opera seruile tanto dentro, quanto fuori della Città e luoghi della nostra Diocesi, prohibendo specialmente in detti giorni, che non si portino grani, ò biade al Molino, doue non si macini in modo alcuno, ne si riporti la farina à casa: Non si faccino vetture, ne si conduchino bestie con basti, ò some, eccettuando però quando il viaggio fosse stato incominciato in giorno di lauoro: Le botteghe si tenghino chiuse, e solo li Speciali, Macellari, e Pizzicaroli possino vendere, con tenere lo sportello aperto. Sotto pena à chi contrauerrà in alcuna delle sudette cose d'vno scudo per volta, e d'altre à nostro arbitrio, alle quali pene non solo saranno tenuti quelli, che contrauerranno, mà anche gl'altri, che daranno causa di contrauenire, come li Padri per li figlioli, li Padroni per li garzoni, e seruitori.

Nel tempo del mietere, falciar fieni, della vendemmia, e raccolta de'frutti, non possa farsi alcuna delle sudette cose, se non in caso di necessità doppo vdita la Messa, e con licenza nella Città del nostro Vicario Generale, e nella Diocesi de Vicarij foranei, ò almeno de'Parochi.

Siano anche prohibiti in detti giorni nelle Piazze, Strade, Hosterie, & altri luoghi publici tutti li giochi di fortuna, come carte, dadi, e simili, sotto pena di scudi tre à quelli, che giocheranno, e d'vno scudo à quelli, che saranno presenti. Sotto la qual pena medesima intendiamo prohibiti nel tempo della Messa, Dottrina Christiana, Vesperi, & altri Diuini Officij, tutti gl'altri giochi

chi ne'luoghi publici, e così anco l'essercitio de' Ciarlatani, e Cantanbanchi, le lotte, e balli, come quelli, che distraggono notabilmente dal culto Diuino: nè mai simili giochi, anche leciti si faccino etiamdio ne'giorni di lauoro auanti le Chiese, sotto le medeme pene, & altre à nostro arbitrio.

Finalmente in questi giorni s'esorta ciascheduno, oltre all'obligo di vdire la Messa, ad interuenire anche à Vesperi, frequentare le Chiese, & occuparsi in altri essercitij spirituali, che sono rimedio per fuggire i peccati, e ne quali consiste la vera santificatione delle Feste.

Incaricando strettamente la conscienza de'Vicarij foranei, e de'gl'Arcipreti, e Curati de'luoghi della nostra Diocesi, per osseruanza di questi nostri ordini; e dando à medesimi ampla facoltà di procedere alle pene da noi soprastabilite contro i transgressori.



EDITTO
Sopra gli Sposi, da publicarsi ogn' anno nel giorno dell'Epifania.

NICOLO RADVLOVICO
ARCIVESCOVO, E CONTE DI CHIETI.



ERISSIMO è il titolo, che diede il grand'Agostino al confine dell'amicitia, che sia fangoso atto à farci sdrucciolare con offesa di Dio ne'confini della concupiscenza, e perche questa verità principalmente si proua da Sposi, à quali la publica notitia de' sponsalitij contratti dà animo di conuersar liberamente insieme, donde poi con grandissimo nostro dispiacere vediamo nascere molti scandali, co'l presente Editto s'esortano tutti i sudetti sposi à non praticare insieme, se non rare volte, e nel cospetto de parenti, ò tutori, e non mai soli, e di nascosto. Che se auuerrà,

che

che alcuni dentro il ſudetto tempo, ſedotti dallo ſpirito della concupiſcenza ſi conoſceranno carnalmente, vogliamo che queſti *ipſo fatto* incorrino la Scommunica riſerbata à Noi, nè il Paroco poſſa congiungerli in matrimonio, ſino à tanto, che non ſaranno ſtati aſſoluti da Noi, con imporli tal pena, che poſſa ſeruire di caſtigo loro, & eſempio à gl'altri.

Digitized by Google

EDITTO

Per l'osseruanza della Quaresima da publicarsi ogn'anno nella Domenica di Quinquagesima.

NICOLO RADVLOVICO

ARCIVESCOVO, E CONTE DI CHIETI.



ONSISTENDO la celebratione della Pasqua non già ne i festini, e nelle Crapule, che sono falsissimi spassi del Corpo, ma nell'innocenza, e purità de' costumi, quali sono verissime delitie dello Spirito, perche a ciò conseguire, niente fà più à proposito, quanto il digiuno Quadragesimale, il quale mortificando la carne, gli toglie le forze d'opporsi allo spirito; per tanto con il presente Editto commandiamo, & esortiamo respettiuamente le cose infrascritte.

Che

Che tutti, e Singuli Fedeli s'astengano in detto Sacro tempo da cibi prohibiti, come carne, cacio, oua, e latticimi, conforme al commandamento espresso di Santa Chiesa, e quelli, che sono in età legitima, & non hanno alcuno impedimento, insieme digiunino, mangiando vna sola volta il giorno ad hora competente, facendo sapere à quelli, che fanno il contrario, che non solo commettono vn peccato grauissimo, in quanto all'anima, ma incorreranno anco in altre pene imposte da SS. Canoni, come pecuniarie, à nostro arbitrio d'applicarsi à luoghi pij; di più si procederà contro di loro come sospetti d'heresie. E perche sotto questo precetto non sono compresi i poueri infermi, vecchi decrepiti, donne fresche di parto, & altre, ch'hanno legittima causa, commandiamo, che ne anco i nominati ardischino di fare il contrario senza espressa licenza del Medico, riconosciuta, e sottoscritta gratis da Noi. La qual licenza non non si darà da Medici, se non in caso di bisogno, e con giuramento incaricandone pur assai la loro conscienza, e per la Diocesi; doue non si può hauere quella dal Medico, da Vicarj foranei, e Curati, quali auuertiranno non solo non concederla senza vero bisogno, ma vseranno diligenza di sapere, & auuisarci quelli, che contrauengono, acciò si possa dar loro debito castigo, dichiarando però il bisogno necessario de'sudetti. Vn macellaro solamente approuato da noi possa far carne, cioè di capretto, agnello, e castrato, vitella, & altre conuenienti all'ammalati solamente con l'infrascritte conditioni, e non altrimente: che non la vendi à persona, che non mostri hauer licenza nella maniera

niera

Digitized by Google

niera detta di sopra. La dia ritiratamente, e con meza porta serrata, e non la tenghi di modo in publico, che da persone, che passano, si possa vedere, e sotto pena di docati dieci per ciascuna volta, & in sussidio di scommunica. Eccettuando le donne, che hanno partorito, quelle per quattro giorni possano vsare detti cibi senz'altra licenza.

Secondo essortiamo tutti nel Signore à ricordarsi dell'obligo, che hanno di lasciare affatto i peccati mortali, de' quali ciascun conduce à morte eterna, chi se ne sente poi grauato, cerchi quanto prima di scacciarli, e di tornare in gratia di Dio, non lasciando passare l'occasione di tempo così opportuno, potendo essere l'vltimo, che S. D. M. gli concede, oltre che deue ciò procurare, acciò che l'opere buone, che farà in detto tempo, siano meritorie, e massimè l'astinenza, & il digiuno.

3 Dell'obligo, che tiene ogni Christiano di togliersi via ogni libro prohibito, & obedire in tutto alli ordini della Santa Inquisitione.

4 Detestino puntualmente il vitio della biastema, e si ricordino quanto abomineuol sia il peccato della superstitutione, stregherie, & incatesmi.

5 Essortiamo che ogn'vno per ciascuna mattina si sforzi d'ascoltar Messa, e la Predica, lasciando in quell'hora le faccende, e le botteghe, quali vogliamo, che in detto poco tempo stiano serrate, secondo la forma prescritta nell'Editto publicato sopra l'osseruanza delle Feste.

6 Che ciascuno la sera facci in casa qualche poco d'Oratione più del solito, con l'esamine della conscienza, e

dia

dia qualche elemosina secondo la sua possibilità.

7 Che ogn'vno fugga l'otio, & i luoghi doue si ragiona di cose vane, ò in pregiudicio d'altri, & i luoghi, che sono occasione di peccati, e massime in detto tempo, che sono prohibite à tutti.

8 Che fuggano le bettole, ò hosterie, doue si troua occasione di rompere il digiuno, e di consumare le proprie sostanze con danno delle famiglie.

9 Che le donne quanto prima mutino li vestimenti, & ornamenti vani, conformandosi con S. Chiesa, e co'l tempo, ch'è di humiliatione, e penitenza.

